

# VETERVM COLLA TIO NUMISMATVM,

cum his, quæ modò expenduntur,  
publica & Regia authorita  
te percusa.

Authore Didaco Couarruias à Leyua Episcopo Segoi  
uensi, supremiq; Hispaniarum senatus  
Præside meritissimo.

BIBROA  
DEL DR.  
L. MARCO

*Ex tertia authoris recognitione.*



SALMANTICAE,

In ædibus Dominici à Portonarijs Typographi Regij.

M. D. LXXIII.



V E I E R V M C O L L A

T I O N V M I S M A T V M

cuilibetque modo expeditur

procurator & Regis auctoritate

te reuocata.


Reverendissimo D. Francisco de S. J. Episcopo

in partibus Hispaniarum

Præfati

Examinatus

1611  
10  
10



S A L M A N I C A E

In archiepiscopatu Portugallie

M. D. LXXII



Didacus Couarruias a Leyua Archiepiscopus S. Dominici designat. Licentiato Antonio Couarruias Fratri charissimo, & Salmanticæ in Collegio sanctissimi Salvatoris Collegæ ornatissimo, atque vtriusque Iuris egregio professori. S.



POST EDITVM A ME VARIARVM

Resolutionum opus, Frater charissime, quum aliquot eius capita relegissem, statim percepi, breuius, quam fortassis par erat, quorundam veterum, & huius regni numismatum valorem, nondum ab initio petita estimationis ratione adnotasse. Id vero tunc feci, vt operis instituto partim subseruirem, ac deinde quod mihi satisfecisse videbar, si re ista obiter incidenti, testimonia doctissimorum virorum, & ex vtroque iure Regio, ac Cesareo loca quædam selegissem, ex quibus indicarem, posse facillimè deprehendi, quibusnam rationibus quæ illic scripseram, in publicum edere constituerim. Verum dum ipse diligentius rem istam perpendissem, necessariū duxi veterum numismatum valorem, eorundemque rationem, quam cum his, quibus modo vtimur, vel omnino parem, vel ferè similem habere possunt, iuxta proprias vires explicare. Sic sane veteres areos numos cum his areis, qui modo expenduntur, Argenteos cum argenteis, Aureos cum aureis cõferre curavi: ac simul exquisivi, quam nam estimationem ex huiusce ætatis numis vetera huius regni numismata habere possint: his & de numorum publica mutatione, ac de crimine falsæ monetæ quædam adijciens, quæ ab operis instituto nec aliena sunt, nec lectori ob exactam breuitatē fastidio esse poterant. Scio equidem tractatum istum maiorem diligentiam exigere, quam à me, homine tot negotijs impedito, adhiberi potuit, præterquam quod multorum auctorum, & veterum chronicorum lectione ob publicum munus, & huius Regiæ tribunalis magistratū priuatus: ea forsā prætermiserim, quæ hisce difficultatibus expediendis viā omnino aperire potuissent. Feci tamē quod potui, libentissime cuiusque diligentioris censuram subiturus, quam in his, quæ hæctenus edidimus nusquam detrectauimus, nec in posterum detrectare censemus. Te interim egregie vir, exoratum volumus, vt si ex lectione huius opusculi perceperis, id alicuius futurum esse vtilitatis, <sup>sup.</sup> Andræ à Portonarijs nobilili Salmanticensi Typographo, meo nomine statim tradas, quo & tuo limatissimo iudicio, eiusque diligenti opera prelo traditum in publicum prodire possit. Vale.

Granata Idibus Aprilis.

Anno. 1556.

De mone. 2

Operis



# OPERIS HVIVS

## Summaria cognitio.

- ¶ Caput primum, De AEreo Numismate Romanorū tractat: ac deinde inibi numi græci, quibus modo vtimur, expēduntur.
- ¶ Caput secundum, In quo de argenteis Græcorum, Romanorum, & Hebræorum agitur: & de his, qui modo apud nos Regia sunt autoritate percusi.
- ¶ Caput tertium, Vbi aurea numismata latè, ac longè examinantur: Aurei, & Solidi discrimen perpenditur: multaq; de auri, & argenti bonitate traduntur.
- ¶ Caput quartum, In quo traditur ratio, ex qua libra in iure examinanda sit: item de Sestertio neutrius generis, ac de talento.
- ¶ Capitulo quinto, En el qual se declaran algunas monedas, de que hazen mencion las leys Reales, y Coronicas de estos Reynos; en especial los Maravedis, y Sueldos.
- ¶ Capitulo sexto, En el qual se considera el peso y valor de algunas monedas de oro, y plata antiguas de estos Reynos, para entendimiento de muchas leyes Reales.
- ¶ Caput septimum, De mutatione monetæ quo ad pondus, & quo ad valorem eius: vbi. §. primo. Examinantur omnia, quæ à Bart. traduntur in. l. Paulus. ff. de solutionibus.
- ¶ Caput octauum, Tractat de crimine falsæ monetæ, ac de pœnis ad eius punitionem statutis.



## VETERVM COLLATIO

Numismatum cum his, quæ modo expenduntur, publica, & Regia auctoritate percusa: Authore Didaco Couarruias à Leyua, Episcopo Segouienfi, supermiq; Hispaniarum Senatus Præfide meritissimo.

LIBROS  
DEL DR.  
L. MARCO

## Capitis sequentis.

S V M M A R I A.

- 1 De numis æreis, qui percusi fuerunt iussu regum Catholicorum Fernandi Quinti, & Elisabeth.
- 2 Moneta de Vellon, quæ dicatur.
- 3 Asses quod pōdushabuerint apud Romanos? Et quòd nostris Marauedinis conueniant.
- 4 De dupondio, Semisse, quadrante, triente, Semuncia, & Sextula.

## De æreo numismate.

## Caput Primum.



**P**LINIVS Author est libro Naturalis Historiæ. 33. ca. 3. Romanos primum ærea pecunia: deinde multo post argentea, ac demum aliquot lapsis annis aurea usus fuisse. Non enim rude illud seculum, quo Roma morum integritate maximi principatus initia stabilire conabatur, auream pecuniam inuenerat. Sic sane Seruius Tullius Romanorum Rex æreos numos primus Romæ percussit, quemadmodum id Plinius asseuerat. Sed & ante Romanorum originem multis quidem annis penes alias gentes fuit numismatum usus: quod

apparet ex Aristotele in Politicis, Platone, & alijs, præsertim Strabone lib. 8. Plutarcho in Lysandro: Pausania in Laonicis Vergilio Polidoro de inuentor. rerum lib. 2. cap. 20. Georgio Agricola lib. 1. de pretio metallorum, & monetis: Stephano Forcatulo in Necyomantia iuris Dialogo. 48. Carolo Molinæo. de contract. quæst. 100. nu. 795. Ludouico Celio lib. lect. antiquarum. 6. cap. 2. qui passim testimonia multa ex Hebræis, & Græcis ad huius rei probationem adducunt.

Nos igitur primum æreos veterum numos ad rationem eorum, qui nostra ætate, vel iussu Regum Catholicorum Fernandi Quinti, & Elisabeth: & Caroli Primi, Romanorum verò Imperatoris Quinti, percusi fuerunt, pro nostro conatu conferemus, quòd possit quilibet facilius veterum Historicorum numismatum valorem ad numos, qui hodie expenduntur, deducere, vtriusque æræ pecuniæ rationem adsequutus.

Anno deniq; M. CCCCXCVII. Reges Catholici Fernandus, & Elisabeth cudi iusserunt æream monetam, quam de Vellon dicimus, ad hanc rationem, vt ex quolibet Marcho nempè ex octo vncijs, signarentur. cxcij. numi ærei, quos blancas appellamus, quarum duæ constituunt æream Marauedinum, quo modo vtimur: atq; ita secundum hanc computationem ex libra Romana duodecim vnciarum eudantur. cclxxxviiij. numi ærei blancæ dicti qui reddunt centum quadra-

De mone. A 3 ginta



ginta quatuor Maraueinos. Hæc igitur est æstimatio præfens vnus æreæ Romanæ libræ, quæ ad numos redacta, publicæ monetæ nomen, ac vices sit fortita: sicuti apparet ex Pragmatica constitutione Regum Catholicorū. l. 1. r. 8. quæ de monetis: ac re numaria fuit statuta.

Postmodum percusi sunt ærei numi, quorum quilibet duorum Maraueinorum valorem habet: & sic quatuor blancas valet. Itē percusus est numus æreus ad rationē quatuor Maraueinorū, qui Quartus dicitur vulgo, & valet octa blancas

Ceterum hac in parte Maraueinus, non tam est numus, quàm numerorum numerus, qui constat ex duabus blancis: aut Coronatis, vel Denariolis decem: quem admodum in cap. 5. huius operis tractauimus, quo in loco varia huius regni numismata expendent, conabimur veterum historicorū dictiones in hac re numaria ad amussim explicare.

Moneta verò de Velion dicitur non tantum ea, quæ ex ære percuditur ad mista parte aliqua argenti: sed & illa, quæ cuditur ex argento, cui mista sit tertia, vel quarta aut sanè quinta pars æris: vt asseuerat *Caro Molina* in tracta. de contractib. quæst. 100. nume. 783. Ex hac materia nuper expendebamus in hoc regno numos, quos Tarjas dicebamus, quorum quilibet nouem æreis Maraueinis æstimabatur.

Vt in hoc tãdem libello sæpissime hoc dicendi modo, vt quadrates passim appellē eos numos, quos vulgus maraueidis propria huius regni dictione nominat.

Apud Romanos auctore Plinio libr. 33. capit. 3. libralis, & dupondius appendebatur assis libræ autem pondus æris diminutū bello Punico primo cum impēsis Respublica non sufficeret: constitutumque, vt asses Sextantario pondere ferirentur. ita quinq; partes factæ lucri: dissolutumq; est æs alienum. Postea Hanni

bale urgente. Q. Fabio Maximo dictatore asses vnciales facti: placuitq; denariū Sedecim assibus permutari: Quinarium octonis: sestertiū quaternis: ita Respublica dimidiū lucrata est: in militari tamen stipendio Denarius pro decē assibus datus. Mox lege Papyria Semiunciales asses facti. Hæc fere Plinius, à quo deducuntur plura.

Primum: dupondium numum æreū fuisse duarum equidem librarum: idque M. Varro declarat. Dupondius, inquit, à duobus ponderibus, quod vnum pōdus assis pondium diceretur. id ideo, quod As erat libræ pondus.

Secundò apparet, hos numos æreos adeò graues fuisse, vt inde dicta sit æris grauis pœna, secūdum Plinium in dict. cap. 3. Siquidem populus Romanus pro numo, ære graui utebatur.

Tertiò inde manifestum fit, ante primum bellum Punicum numum assem libralem fuisse, & dupondium bilibrem.

Quartū deducitur, in ipso primo bello Punico assem pondere, non valore diminutum duarum vnciarū pondere percusum fuisse: & sic Sextantarium.

Quintum colligitur ex his, Hannibale urgente Italiam assem vncialem factū eiusdē quidem valoris quo ad stipendiū militare: cum denarius pro decē assibus daretur: tamen si quo ad alia valor sit aliquantulum diminutus, pluris sanè tertia parte: siquidē denarius decem, & sex assibus permutabat, ac sestertius quatuor.

Sextum ex hoc constat, frequentiori veterum æstimatione decem asses denario argenteo æquales fuisse, & quinq; quinario, duos autem, & dimidium sestertio. Quod manifestius probabitur, cum denarij æstimationem expendemus.

Septimò hinc itidem probatur, post varias assium mutationes eos fuisse Semiunciales lege Papyriana, eodem quidem valore manente.

Octauò



Ostendit ex hac ratione censeo, veterem assem quo ad valorem conferendum esse nostris quatuor quadrantibus, quos modo Maruedinos dicimus. Id etenim probatur, quia si denarius argenteus decem asses valebat, quod satis receptum est & nos inferius examinabimus saltim iuxta frequentiore aestimacionem & idem argenteus denarius aestimatur huius praesentis monetae quadraginta aereis Maruedinis plane deducitur, veterem Romanum assem merito conferri nostris quatuor Maruedinis. Hac etenim perpensa ratione viri docti, & qui diligentissime hanc rem expendere solent, sententiam istam apud Hispanos probarunt, quoniam & ad eandem rationem veteres alios numos aereos aestimabimus: cum idem iuris sit de illis quippe ad assem sint omnino referendi. Quod si veterum ex aere numismatum potius consideremus, constabit, etiam asses Semiunciales viginti quatuor ex libra Romana cudi solitos fuisse. Quorum valor nostris confertur nonaginta sex Maruedinis. cum hodie ex libra Romana duodecim unciarum cudi soleant centum quadraginta quatuor aerei maruedini, quod mirum non est, si quidem nostra aerea moneta partem quandam argenti admiscere habet. Et enim argenteus numus regalis, & dimidius marco cuilibet aereis miscetur: atque ideo haec praesens aerea moneta de Vellō nuncupatur.

Dupondius olim aereus fuit numus, sicuti sane probauimus, qui duos asses continebat: idcirco vetus ille dupondius erit hodie aestimacionis octo quadrantum seu maruedinorum. Graeci autem, ut ex Cleopatra refert Georg. Agri. lib. 2. de externis ponderibus, assem Semiunciale appellare uere dupondium: quia is duo assaria pederet. Assarium autem, seu Assarius numus erat aereus, quorum duo assem efficiebant Semiunciale: ut tandem hic dupondius esset praesentis monetae quatuor maruedinorum: Assarius uero duorum. Sic. M. Var

ro lib. 1. Analogia, inquit: & non equum publicum mille assariorum esse. Sed & Suida teste, assarium obolus est: mihi uero, si coniectura non fallit, Asses significat, ex autoritate Dionysii Halicarnassensis lib. 9 & T. Liuij lib. 2. dum hi authores meminerunt multae, quae Menenio Aggri. fuit a populo Romano indicta. ex Plutarcho in Camillo. & Matthaei interprete. c. 10. Polybius uero lib. 2. asseuerat, assarium dimidio obolo aestimari. Et id iuxta Graecum codicem.

Semis numus erat aereus, qui iuxta hanc rationem duos quadrates valebat: quia dimidium est assis. Qua dictione utitur. P. Vatinius cum Cicero scribit: Simius non semisis homo contra me arma tulit, & eum bello cepi.

Quadrans quarta erat assis pars, & eiusdem rationis numus aereus, qui praesentis maruedino aequalis est, quod apud nos passim admittunt uiti maxima eruditione praediti ex denarij argentei aestimacione. Item ex Italicorum communi usu loquendi: si etenim quadrantem quatuor nominat: quatuor uero Italicus nostro aereo maruedino ferè similis est. Sed & ex nostris non recusabo testem citare Florianum Occampiū lib. 5. Historiae. cap. 26. Vbi hanc horum numismatum collationem probat: cuius uiri diligentiam in hisce, & alijs rebus perscrutandis merito multi faciunt omnes. Quadrans uero uocatus est triuncis a tribus uncijs, teste Plinio in dicto. c. 3. Et inde Teruncius, qua dictione utitur M. Varro. Teruncius, inquit, a tribus uncijs dictus, eiusdem numi meminit Cicero libro. 3. de finibus. & libro. 5. ad Atticum.

Sic & triens numus erat aereus tertia habens assis partem: nempe quatuor uncijs: qua ratione maior est quadrante, & ualet apud nos octo Coronatos, quos uulgus Cornados appellat. Haec enim est tertia pars quatuor nostrorum maruedinorum. Huius numi meminit Plin.

De mone. A 4 in



in dict. lib. 33. cap. 3. Iuuenalis Satyra. 3. *Infelix, nec habet, quæ porrigat ore trientē.*  
 Vbi hoc in Scholijs adnotauit Cælius Secundus Curio, vir mehercle doctus, ac diligens in hisce adnotationibus.

Sextula item erat numus æreus, cuius multi meminere: non equidem sexta assis pars. Sed authore Varrone minimus erat numus ex ære habens sextam vnciæ partem. Ex præsentibus numis, aut denariolis non video, cui sextula cõuenire possit, valeret tamen tres Meajas ac paulò plus. Nam duo coronati efficiunt vnciam totius assis, & hi valent viginti Meajas. Igitur sexta pars harũ erit Sextulæ valor.

Erat & Semuncia numus æreus, vice sima quarta pars assis: cuius numi mentio fit ab Asconio Pædiano, & Guiljelmo Budæo lib. 3. de Assè. Est autem hic numus similis nostro Coronato. Hinc ipse libèter adnotauerim, falsò Cælium Secundum ad Iuuenalem in scholijs sensisse, trientem minimã omnium monetam fuisse: cum multò minor ex ære fuerit quadrans, item Semũcia, & Sextula. Nam quòd Donatus censet, obolum fuisse minimam, & vltimam monetam, ad argenteos numos referendũ est, de quo alibi tractabitur: etiã si ipse Cælius Donatum hac in parte lapsum fuisse asseueret. Et id iure quidem: cum ex numis argenteis sint aliquot minores obolo. Etiam si Rhemnius Phanius de ponderibus scripserit idẽ quod Donatus hoc sanè versu, *Nã nihil his oboleue minus, maiusue talẽto.* Agit tamẽ de Atheniensium Repub.

## Ex capite secundo.

- 1 *Argentei numi, quo tempore primum Romæ signati.*
- 2 *Argentei numi apud Hispanos signati, qui*

*bus modo vrimur.*

- 3 *Libra vetus diuiditur, & expenditur: & inibi de granis.*
- 4 *Marcha pondus, quid sit?*
- 5 *Vncia, quot drachmas appendat?*
- 6 *Denarius olim cudebatur ex argento puro: quandoque ex misto.*
- 7 *Denarij, & Quinarij pondus examinatur.*
- 8 *De sestertio, libella, & obolo numis argenteis*
- 9 *Siclus argenteus apud Hebræos, cuius ponderis fuerit: Et item aureus.*
- 10 *Examinatur glo. in cap. Si quis aliquando. §. in Leuitico. De pœnitent. distin. 1.*
- 11 *Denarij, & Sestertij valor traditur, & intellectus. l. vlti. C. de donationibus.*
- 12 *Sterlingus, quis numus fuerit?*

## De veteribus argenteis numis.

### Caput Secundum.



Argentea pecunia Romæ primum signata est: quinque annis ante primũ bellũ Punicũ anno ab vrbe cõdita. D. lxxxv. Q. Fabio Consule, vt scribit Plinius libro. 33. capit. 3. quo in loco annorum numerus manifestum errorem habet, qui leuis nõ est, quippè qui centum annos addiderit: atque ideo legendum est apud Plinium, Anno ab vrbe condita. CCCC. lxxxiiiij is etenim annus. Q. Fabij consulatui cõuenit iuxta Chronologiam Henrici Gla reani, & Haloandri. constat sanè ex Polibio libro. 1. Solino libro. 1. capitu. 2. Au lo Gellio libro. 17. capi. 2 1. primum bellum Punicum initium habuisse anno ab vrbe condita. CCCC. LXXIX. Nec quicquam vrget in contrarium quod Paulus Orosius, ac Dionysius alio sub annorum numero initium primi belli



belli Punici constituerint: siquidem diuersa tēporis ratio in paucorum annorū numero penes authores sit, cōcordi sententia huius belli initium statuentes intra quingentesimum ab vrbe condita annum: quemadmodum diligēter probat Ioan. Vassæus in priori Chronicorū Hispaniæ parte. Sed & Plinij locum mendosum esse admonuerunt Ludouic. Viues ad Augustinum de ciuita. Dei libro. 2. capit. 18. Et Henricus Glareanus in dicta Chronologia ad Titum Liuium. Igitur primus apud Romanos numi argentei vsus contigit anno ante Christi natale Ducentesimo septuagesimo quarto: aut Ducentesimo septuagesimo sexto, iuxta varias hac de re opiniones.

Argentum autem numisma non tantum apud Romanos; sed & apud Græcos, cæterasque orbis gentes olim in vsu cœpit esse. Apud Hispanos verò moneta argentea variè in vsū venit, quod alibi explicauimus: modò etenim tantum expendimus præsentem argenteam pecuniam, qua utimur, vt ad eius rationem veteres Romanorum argenteos numos excutiamus eorum valorem tradentes. Et sanè anno Dñi. M. CCCC XCVII. pragmatica sanctione Regum Catholicorum. l. 1. 18. statutū est, vt ex quolibet marco argenti percutiantur sexaginta septem numi argentei quos Reales, seu Regales vulgus appellat: horum autem quilibet valorē habeat triginta quatuor quadrantum, quos Maravedis dicimus. atque ad eandem rationem iussū est, vt cuderentur argentei minores numi: nempe dimidius argenteus valoris. xvij quadrantum, quem medio Real dicimus. Item quartus, quem Quartillo appellamus, & est valoris octo quadrantum, & dimidij: sic & octauus, id est Ochauo de Real, valoris quatuor quadrantum, & dimidiæ blancæ. Sed non omnes hi numi argentei modò in vsu sunt. Paucos

enim expendimus quartos, & ferè nullos octauos. Frequentissimi sunt ipsi argentei regales integri: item dimidij, tandem in Hispania, & Melsici apud Indos cuduntur Regis Hispaniarum iussu maiores argentei numi, quorū quidam pondus habent duorum argenteorum Regalium, quidam quatuor, alij trium: alij octo: & hi vnciales ferè sunt. Qui in Hispania percutiuntur habent altera ex parte insignia Regum Catholicorum: ex altera Hispaniarum, & horum Regnorū signa. Qui verò Melsici cuduntur, altera facie scutū habēt Castellæ, & Legionis: altera quidē Caroli Regis insignia: duas inquā colūnas cū titulo: Plus vltra.

Cæterū quò rectiùs veteres numi argentei nostris conferātur, oportet priùs examinare pōdera, quibus apud nos fabri argentarij vtuntur, & aurifices in apēdendo argēto, & auro: atq; itidē an ea sint similia his, quib⁹ Romani vtebātur.

Romanorum libra distribuitur in vncias duodecim, vncia quælibet habet octo drachmas, drachma tria habet scrupula, quæ grāmata dicuntur à Græcis: scriptula rectiùs alij appellant, vt Agricola, & Antonius Augustinus adnotarūt. diligēterq; admonet Petrus Victorius libr. 5. Vari. lect. cap. 13. Scriptulum, seu scrupulū in binos obolos diuiditur. Itē Siliquæ, hoc est Cæratia sex scrupulū faciūt. Grana verò quatuor Siliquā. Est igitur scrupulum vicesima quarta vnciæ pars: quod & g. notat in. l. 1. C. de metallarijs lib. 10. vnde constat, vnciā habere vigin-tiquatuor scrupula, sicuti tradidere Antonius Augustinus lib. 2. Emendationū. cap. 9. Et nebriffensis in Lexico iuris ciuilib. dictione: scrupulum. idq; cōstat ex Columella libro. 5. de re rusti. capitu. 1. Hoc verò in opere non semel: imò passim ipsos fabros argentarios, simpliciter Argentarios appellabo ad faciliorem propositæ materiæ intellectum: non ignarus



ignarus apud veteres aliam fuisse potior-  
rem huius dictionis significationem: cu-  
ius inferius mentionem faciemus.

Duella constat ex duabus Sextulis:  
sextula verò sexta pars est vnciæ: & ideo  
duella erit tertia vnciæ pars.

Sicilius constat ex duabus drachmis  
atque ideo adsumitur pro quarta vnciæ  
parte. l. liberto. §. Filium. ff. de annuis le-  
gat. quod notant Isidorus lib. 16. Etymo-  
logia. c. 24. & Antonius August. emend.  
c. 8. ex Columella in dict. capit. 1. hæc sa-  
nè est veteris Romanæ libræ ratio, & di-  
uisio præsentis tractatui necessaria: quam  
deduximus ex Budeo lib. 1. de Assè. Leo-  
nardo Portio in tracta. de monetis: Vo-  
lusio Metiano de assè. Rhénio Farnio  
Poeta de ponderibus. Alciato tit. de me-  
talarijs lib. c. 11. Georgio Agricola lib.  
4. de ponderibus Romanis: à quibus &  
alij huius rei authores citantur.

Hinc denique illud obiter deduxe-  
rim, frumenti grana olim in usu fuisse ad  
ponderis iusti rationem. vnde grana qua-  
tuor constituunt siliquam: grana viginti  
quatuor scrupulum: grana verò septua-  
gintaduo drachmam: quod Alciatus fa-  
tetur: adnotavit Agricola libro. 3. de pre-  
tio veterum monetarum. Idem ipse rur-  
sus probat in libro de restituendis ponde-  
ribus, atque mensuris ex Græco Nican-  
dri interprete, & Serapione Mauro. Hæc  
grana Budeus appellat mométa lib. 3.  
de Assè. & tamen constat, grana frumen-  
ti eo, quòd robusta differant ab inanibus  
recentia à vetustis, non esse certa, nec tu-  
ta ad iusti ponderis rationem: sicuti do-  
cet eleganter ipse Georgius Agricola li-  
bro de restituendis ponderibus. Quæ ra-  
tione Catholici Reges Hispaniarum  
Fernandus & Elisabeth anno millesimo  
quadringentesimo octuagesimo octavo,  
pragmatica sanctione. 123. statuerunt,  
frumenti grana prorsus ab usu ponderum  
esse abijcienda: atque grani pondus equa-

le iuxta rationem vnciæ ex orichalco fa-  
ciendum, vt legitima, certaq; sit iusti pò-  
deris ratio.

Nostri verò fabri argentarij, & auri-  
fices iam diu ex vetustissimo usu aliam  
quàm Romanæ libræ, ponderis rationem  
habent: siquidem vtuntur, besse Roma-  
næ libræ pro iusto, & summo ferè pon-  
dere: quem bessem Regiæ leges Mar-  
cum appellant: isque in usu est apud  
cæteras Christiani orbis gentes, à qui-  
bus marca Germanico nomine appella-  
tur. quod Budeus libro secundo, de assè.  
Georgius Agricola libro de restituendis  
ponderibus, & Carolus Molina de  
contractibus. quæstione. 100. numero.  
780. non semel fatentur. habet hæc mar-  
ca octo vncias Romanæ libræ: quam ob-  
rem Romana libra proportionem sorti-  
tur ad marcum sesquialteram. Erit verò  
marca ista selibra nostræ vulgaris libræ  
decem, & sex vnciarum: quæ quidem li-  
bræ, habet ad Romanam libram propor-  
tionem *ūdi* *ſltnp* idest super tertiã. Ea  
tamen, quæ de marco diximus proban-  
tur in. l. 1. titul. 24. in ordinationibus re-  
gis Alfonsi vndecimi Compluti statutis  
æra. M. ccc. lxxxvj.

Illud planè receptissimum est apud  
veteres ac iuniores, qui de libra Roma-  
na scripsere, Romanam libram duode-  
cim vncias habuisse, vt hinc mirum sit,  
Guillelmum Budeum, virum hac in re:  
vt in plerisque alijs diligentissimum lib.  
secundo, & tertio, de assè absque illo cer-  
to authore scripsisse Romanam libram  
habere vltra duodecim vncias dimi-  
diam: & sic duodecim vncias, & qua-  
tuor drachmas: cuius opinionem multis  
probatissimis testimonis, & authorita-  
tibus refellit Georgius Agricola libro. 4.  
& 5. de mensuris & ponderibus. exacta  
ratione deducens, libram Romanam à  
Græca mina, atq; ita ab Attica libra in  
hoc differre: quòd Græca cētū drachma-  
rum



rum fit, Romana vero nonaginta sex tã  
tùm drachmas habeat. Eum legito, qui  
de his multa tradit.

Sed & de vncia nostra pleriq; dubita  
runt, sitne æqualis vnciæ Romanæ. Nã  
5 Leonardus Portius, Alciatus, & Budæus  
scribunt, vnciam, qua modò vtimur, &  
vtuntur argentarij, & aurifices, eandem  
esse cum illa veteri Romanorum vncia.  
Ab his dissentit Georg. Agric. in lib. de  
restiti. ponde. ea ratione, quòd non vna ea  
demq; sit vncia apud Christiani orbis gẽ  
tes. Nos verò quandoq; conati sumus rẽ  
istã ad istam ponderis rationem experi  
mentis quibusdam examinare, ex quibus  
planè deprehendimus multis coniectu  
ris vnciam, qua modo Hispani argẽtarij,  
& aurifices vtuntur, eiusdem esse ponde  
ris, cuius erat vetus illa Romanorum vn  
cia. Habet enim nostra vncia octo par  
tes: nẽpe diuiditur in octo argenteos re  
gales iustissimi ponderis, quibus argenta  
rij, & aurifices ad pondus vtuntur. Qui  
libet autem argenteus habet duas dra  
chmas minores, quarum quælibet trigin  
ta sex grana continet. Sic sanè vncia diui  
ditur in decem & sex nostras drachmas,  
quæ veteres octo drachmas efficiunt: cũ  
vetus drachma habuerit septuaginta  
duo grana: quæ habent nostræ duæ dra  
chmæ, atque ideo eiusdem ponderis est  
vncia vetus Romanorum octo drach  
marum, cuius & nostra vncia decem, &  
sex drachmas continens.

His accedit, quòd octaua nostræ vn  
ciæ pars, quæ ad iustum pondus exacta,  
regalem numũ efficit, quo aurifices vtũ  
tur, ita cum denario veteri conuenit, vt  
planè maioris ponderis denarius sit iux  
ta eam proportionem, quæ ex denarijs  
septem nõ attritis, nec corrosis cõstituat  
nostram vnciam, sicut & veterẽ Roma  
nam constituebat: quam nostri octo Re  
gales numi iusti ponderis itidem effi  
ciunt. Vnde par est, nostram vnciam

veteri Romanæ conuenire. *De his ois*

Est tamen illud hac in parte admonẽ  
dum, veteres Romanorum denarios cũ  
di solitos ex puro argento, quod vulgo  
acendrado dicimus absque vlla æris mi  
stura: cuius argenti valor, & æstimatio  
6 maior est, quam argenti mixti: quod no  
stri argentarij, & aurifices expendunt: si  
quidem hoc habet æris, aut stanni mistu  
rã secũdum eam proportionẽ quam ipsi  
aurifices facillimè dijudicare solent.

Sed & veteres Romani postea in cu  
denda moneta æris octauam partem ar  
gento miscuerunt: primusque id fecit Li  
uius Drusus in tribunatu plebis teste Pli  
nio lib. 33. capit. 3. idem Plinius eodem  
libro capitu. 9. conqueritur, Antonium  
triumvirum denario miscuisse ferrum.  
Sic & auro misceri solet argentum, aut  
æs non tantũ ad cudendam monetam  
sed etiam, vt ex eo solidiores, ac fortio  
res fiant imagines, annulli, & alia, quæ ef  
sent admodũ mollia, si ex auro puro fie  
rent. Hac tamen in re varios hac ratione  
trahit numos Georgius Agricola lib. 1.  
de precio metallorũ, & monetis, quorũ  
& nos inferiũs mentionẽ iterũ faciemus.

Argenteus autem regalis, quo vtun  
tur ad iusti ponderis rationẽ argentarij,  
& aurifices, quiq; octaua est vnciæ pars,  
differt ab argento numo itidẽ regali. Nã  
numus minoris põderis est, ad expensas  
quidẽ, quæ fiunt in cudẽda moneta: si qui  
dem ex Marca percutiuntur sexaginta  
septem numi: & tamen eadem marca pẽ  
det sexaginta quatuor Regales argẽteos  
iusti & legitimi ponderis quo ad aurifi  
ces, & argentarios. Sic denique numus  
argẽteus minor est tricesima secũda par  
te, quã ipse iusti ponderis argenteus re  
galis, quo aurifices vtuntur, & profectò  
aliquantò Pluris, ac ferè tribus granis.

7 Primũ omniũ ad vetera numismata  
intelligenda, quæ ex argento cudaban  
tur, est de denario tractãdum. Denarius  
vero



vero est octava vnciae pars: siquidē olim ex vncia octo denarij cudebantur: vnde fit: vt drachma Attica, & denarius Romanus eiusdem ponderis fuerint. Hoc probatur autoritate Plinij, qui libr. 27. cap. vltimo. inquit, drachma Attica (fere etenim Attica obseruatione medici vtūtur) denarij argētei habet pondus. Item ex Liuiolib. 34. dum scribit, redemptos fuisse mille, & ducentos captiuos constituto in capita quingentorum denariorū pretio: eamq; cētum talentis stitisse. Cōstat vero ex Polluce, & alijs, sex drachmarum millia in talento Attico esse: atq; ideo manifestum fit, Liuium drachmā, & denarium eodem pondere, eademq; aestimatione accepisse. Hoc ipsum & Plutarchus fecit in Sylla: quippe qui drachmam quatuor numis sestertijs, vt & Denarium aestimauerit. Idem multis alijs testimonis cōprobatur, quibus Latini drachmas Græcas, denarios interpretantur: & eodē iure Græci denarios Latinos in drachmas Græcas transferūt. Sic sententiam istam conantur probare, & ostendere veram esse Leonar. Port. Budę. lib. 1. & 2. de Assē. Andr. Alcia. lib. 9. parerg. cap. 2. Qua ratione, si velimus denarios cōferre numis argēteis Castellanis, quo ad pōdus, respondendū, erit denariū Romanum similitudine quantum ad pōdus argenteo regali Castellano iustissimi pōderis, quo aurifices vtuntur. Et eadem lege denarius hic erit ferē similis numo argenteo regali Castellano: ac deniq; tanto maior pondere, quanto maior est argēteus regalis, quo aurifices vtūtur, numo argenteo regali, quem passim expēdimus. Vnde valor denarij erit itidē constituedus ad rationem numi argentei regalis, & paulò pluris: cū propter iusti pōderis rationē: quia octaua est vnciae partium propter argētei qualitatem: tamen si & olim apud Romanos non omnes denarij argēti puri materiā habuerint: nec

item eiusdem fuerint ac legitimi ponderis: quemadmodū statim trademus. Erit igitur iuxta Budęi sententiā denarius Romanus octaua vnciae pars, & numo argēteo Castellano, qui Regalis dicitur, ferē similis pōdere ac valore. Vnde licet denarius apud Romanos valuerit quadraginta quadrantes, non valebit apud nos quadraginta æreos maruedinos: atque inde consequitur, pluris aestimari apud nos æreum maruedinum, quā olim fuerit apud Romanos quadrans aestimatus: cū argenteus numus eiusdem ponderis valuerit apud Romanos quadraginta quadrantes: id est decē asses: & idē apud nos modo aestimetur triginta quatuor maruedinis & paulò pluris ob legitimum argētei denarij pondus: imò etiā si denarius cōstituatur ex argento puro absq; vlla mistura, & valorem præsentē consideremus argenti puri ad rationem duorum mille, & quadringentorum maruedinorum pro quolibet marco, adhuc denarius ille Romanus ex purissimo argento signatus, erit apud nos aestimatus ferē triginta octo maruedinos. Hæc tandem obseruatio & illud efficit, vt sexaginta quatuor denarij cōstituant marcum, nonaginta sex libram duodecim vnciarum, & idem erit dicendū de argenteis regalibus, quibus ad pondus legitimum vtuntur aurifices, quorum quilibet octauam habet vnciae partem, aut drachmam veterem vnam.

Ad rationem istam expendi poterit aestimatio numi argentei veteris, qui dicitur est quinarius: idē & victoriatus. Hic enim numus parsest dimidia denarij. Itē sestertius argēteus numus, erat pars quarta denarij. libella itidē argenteū numisma partem decimā denarij habuit. Vice versa denarij pars erat sembella. quadagesima Terūcius, qui quidē omnes numi sunt omninò aestimandi ad rationem denari: atque ideo constituta prænotata aesti-



matione, & collatione facta cū numisarij generis Castellanis, facilis erit ad rationē ipsi denarij & reliquos numos estimare. Verū aduersus Budę opinionē qui budę placuit, denarium Romanū à drachma differre, ita quidem, vt licet drachma sit octaua vnciæ pars, denarius tamē sit septima: qua ratione denarij septē vnciam efficiunt integram. Huius rei testimoniū primū adsumitur ex Plinio, qui lib. 3. c. 9. inquit: miscuit denario Antonius Triumuir ferrum miscuit æri: alij è pōdere subtrahunt, cum sit iustū octuaginta quatuor è libris signari. Hęc Plinius. Quod si libra Romana octuaginta quatuor denarius habuit, palam est, quā liber vnciam ex septem denarijs constare. Idem constat testimonio Cornelij Celsi libro 5. cap. 17. qui hoc ipsum expressim asseuerat, sic & Scribonius Largus in præfatione probat, libram octuaginta quatuor denariorum esse. Sed & autoritate Appiani Alexandrini lib. 2. bellorum ciuiliū, & Suetonio simul in Iulio Cæsare. Hanc sententiā defendit Georgius Agricola libro. 4. & 5. de ponderibus, & mensuris. idem repetit in eo libello, quem scripsit aduersus Alciatum de ponderibus. ad ea verò, quæ Budæus, Portius, & Alciatus tradidere, respondet, drachmam Atticam Græcum numum fuisse minoris ponderis, quàm denarius Latinus: sed quia drachmæ pondere, & estimatione admodum similis est Latinus denarius, consueuisse veteres Authores Latinos, dum Græcorum libros traducebant, drachmam in denarium vertere: ac rursus Græcos, qui Latinum in Græcam linguā vertebant, denarium drachmam interpretari.

Sed & illud certissimum est, vel Plinio auctore lib. 3. cap. 9. denarios non semper eiusdem ponderis fuisse: atq; ex Tito Liuiο lib. 44. & Nicandri interprete ostendit Georgius Agricola in lib. ad

ea quæ Alciatus, denarium pendere drachmam Atticam cum dimidia: & denique denarium legitimo pondere diminiūtū leuiorem fuisse: vt tandem hic denarius fuerit drachmæ æqualis, idcirco de eo forsitan accipienda est Budę, Alciati, & aliorum sententia: non denario graui, nec illo, qui frequentius ex pondere legitimo tractatur. Etenim post Claudium Cæsarem Imperatorēs è libra signarunt nonaginta sex denarijs, quorū quilibet drachmæ erat æqualis, teste eodē Agricola in lib. 2. de pondere monetarum; & in libro, ad ea, quæ Alciatus.

Denariū igitur, iuxta ponderis rationem, quam habuit Plinius in dict. cap. 9. existimo fuisse illū, qui apud veteres Romanos iusti ponderis fuerit septimam habens vnciæ partem, qui quidem erit septima ex parte maior drachma Attica, & argento regali Castellano, quo aurifices vtuntur ad pondus legitimum. Idcirco huius denarij æstimatione: proportione nostri numi habita, erit ferè quadraginta quadrantū, aut præsentium Maruedinorū, si argenti mixti valorem consideremus. Nam hoc argentū & nūc, & olim in vsu est, ac fuit ad numos cudendos: quæ admodū ex Plinio probauim⁹.

Sic denarij Romani quinquaginta sex efficiunt Marcum, qui ex octo vnciarum: cum secundum Budę sententiā drachmæ, & denarij sexaginta quatuor efficerent marcum, qua ratione poterit quis facillimè expēdere qua ex parte maior sit denarius hic nostro argenteo regali numo: si quidem tanti ponderis sunt quinquaginta sex denarij, quāti sexaginta septem nostri numi argentei regales, ex quibus constat Marca iuxta Regiam constitutionē. Sic etiam deducitur, quanta ex parte sit maioris æstimationis denarius Latinus, quā sit noster numus argenteus: Noster enim numus valet triginta quatuor Maruedinos: ille quadragin

De mone. B 12.



ra. Imò si ad æstimationem argenti puri denarij constituentur, valebit quilibet quadraginta tres quadrantes Marauedinos: quod & Florianus Occampius obiter adnotauit lib. 5. Historiæ. cap. 25. Et hæc quidem dicta sint quo ad denarij numeri, & drachmæ legitimum pondus, & æstimationem.

Latinus ergo denarius decem assibus olim fuit æstimatus, quemadmodum Plinius, & alij passim testantur.

Quinarius, qui & victoriatu dictus est ab eisdem authoribus, quinque assibus æstimabatur: eritque nostræ pecuniæ estimationis viginti quadrantum, & sic viginti marauedinosaurum.

Sestertius numus itidem argenteus erat quartam habens denarij partem, ut tandem sit nostræ monetæ estimationis decem marauedinosaurum. Habuit autem duos asses, & dimidium quo ad valorẽ, & ita decem quadrantes.

Erat & apud veteres libella numus argenteus, qui vnus assis æstimationem habuit, cum esset decima denarij pars, ut Budæus libro. 1. de Asses probat, & testis est M. Varro. lib. 4. de lingua Latina idem tradit Georgius Agricola. lib. 2. de pondere, & temperat. mone. Ex Plinio hoc ipsum deducitur lib. 33. c. 3. qua ratione libella numus argenteus quatuor efficit nostros æreos quadrantes. Est & apud Volusium Mærianum alia libella, decima inquam pars sestertij quæ iuxta sestertij superius traditam æstimationem erit modò vnus quadrantis valore censenda: aut vnus marauedini. Huius itẽ libellæ meminuit Georgius Agricola lib. 5. de ponderibus Græcis.

Obolus apud Græcos numus fuit argenteus, qui erat sexta pars Atticæ drachmæ. Scribit etenim Plutarchus in Lyfandro, apud prius seculum sic omninò habuisse, ut numerum loco ferreis vterentur virgulis: id est obeliscis: plerique &

æreis, à quibus hoc etiam tempore numerum numerum obolos vocari certum est, & obolos sexvnam conficere drachmam, quia tot manus ipsa cõplecteretur. Ergo ex Plutarcho apparet, obolum sextam fuisse drachmæ partem: quod & ex Plinio lib. 21. c. vlt. adnotarunt Budæus. lib. 5. de Asses. & Georgius Agricola. lib. 2. de pondere & temperat. monet. idem lib. 5. de ponderibus Græcis hoc ipsum docet ex Polluce, Suida, & Xenophonte: quã obrem obolus valet sex ferè nostros marauedinos. Obolum autẽ olim dictum fuisse phollen, testis est Suidas in dictione, phollis, & in dictione, cermata, & dictione obolus. Utaturque ea dictione ex Græcis Eusebius lib. 10. Hist. Eccle. c. 6. ex Latinis D. Augustinus lib. vlt. de ciuitate Dei. c. 8. vbi Ludouicus Viues, & Alciatus ad duodecimum librũ. C. hoc adnotarunt. Obolus ergo sex nostros valet marauedinos: Semiobolus tres: Triobolus decem, & octo. Nostri vero aurifices appellant Tomi quem nos obolum diximus: idque obtinet quo ad ponderis rationẽ: nam Tomi nõ est numus

Apud Hebræos erat olim in vsu numus argenteus dictus à Iosepho siclus, ab ipsis Hebræis sicel: quæ dictio & pòdus significat auri, vel argenti: quod ipse numus appendit, nempe quatuor Atticas drachmas, authore Ioseph. lib. 3. Antiquita. cap. 10. & lib. 7. de bello Iudaico. cap. 26. & Hieronymo lib. 1. cap. 4. Commentariorum in Ezechielem. idem ipse Hieronymus probat in traditionibus Hebraicis super Genesim cap. 24. atque ideò hoc pondus, aut numus continet vigintiquatuor Græcos obolos. Hebræos autem obolos habet viginti: sicuti constat Leuitici capitulo. 27. Exodi. cap. 30. Et Numerorum ca. 3. Hebræus verò obolus maior erat obolo Attico quinta parte. Nam vigintiquatuor oboli Attici efficiebant Siclũ Sanctuarij,



Stuarij, quem efficiunt viginti Hebræi oboli. Cautum etenim erat lege veteri, cuius mentio fit in di. c. 30. numerorum. Sicli partem dimidiam domino offerendam esse: qua ratione à Cæsare Augusto procurante Iudæam Cyrino Præside in tributum Iudæis indictum est, vt singulis annis quilibet binas drachmas solueret: atq; ideò Matthæi cap. 17. didrachmus censetur numus ille, qui pro tributo à Iudæis Cæsari reddebatur. Quod & Budæus explicat lib. 5. de Assè. Sed Iosephus scribit in lib. 7. de bello Iudaico. c. 26. à Vespasiano Cæsare stipendiū Iudæis indictum, vt vbiq; degerent, binas drachmas inferret quisq; in capitolio ita, vt antè Hierosolymorum templo pēdebant: quo in loco palām Iosephus probat dimidium siclum quem Iudæi templo pendebant olim ex lege, cuius mentio fit in d. c. 30. Numero. didrachmum fuisse: & ideò siclus integer erit quatuor drachmarum. idem siclus ab eodem Iosepho simpliciter dictus est argenteus libro. 9. anti. c. 2. alibi idē Iosephus siclū interpretatur planē, ac vertit. lib. 7. c. 9. Sed & Xiphilinus in Vespasiano scribit, ab eiusdem Vespasiani victoria indictum fuisse Iudæis, qui Iudaicos mores, & Instituta retinerent, vt Ioui Capitolino didrachmum quolibet anno penderent. Et hæc de siclo Sanctuarij: cum de eo expressim agatur in locis ex veteri testamento paulò antè adductis: siquidem siclus Sanctuarij à vulgari siclo, quo in cōmutationibus Hæbræi vtebatur, in hoc distinguitur, quòd siclus Sanctuarij quatuor, siclus verò vulgaris duas drachmas pēdebat: quemadmodum ex magistro Salomone adnotauit Georgius Agricola li. 2. de pōdere monetarum. Et probat ~~Chel. Molli~~ in tract. de contractibus. q. 100. nu. 795. Ex quibus fit satis, siclū Sanctuarij quatuor appēdisse drachmas Atticas: & viginti obolos Hebræos: quod

idem & Agricola tradiderat lib. 2. de externis pondēribus, qui scribit, obolum istum Hebræum dictum fuisse Gera. quamobrem multa poterunt deduci nō omninò vulgaria in huius rei, & numi examine, quæ subservient, & plurimum conducent ad multarum auctoritatum interpretationem.

Primū constat, staterem numum, cuius meminit Matthæus. ca. 17. censendum esse pōderis, & valoris quatuor Atticarum drachmarum, & deniq; sicli Sāctuarij: cum is soluendus esset pro Christo, & Petro: & quilibet Cæsari soluturus esset didrachmū: id est numū duarū drachmarū: dimidiū nēpē siclū Sanctuarij: & intēgram siclū vulgare Hebræorū: qui quidē numus, cum duas habeat ponderis drachmas, cōuenit quòd ad pōdus, & æstimationē ferè duobus numis regalibus argenteis, quibus modò vtimur ex cōstitutione Regū Catholicorum: denique similis omninò est duobus argēteis regalibus legitimi ponderis, quorum rationē aurifices, & vascularij obseruant: sic didrachmus erat quarta vnciæ pars, & eius ponderis numus argenteus.

Secundò hinc deducitur, siclicū quē diximus apud Latinos quartam fuisse vnciæ partem: re, & nomine similem cēseri Hebræorum siclo vulgari.

Tertiò ex hoc sicli pōdere, & æstimatione poterit perpendi, cur septuaginta interpretes Numer. c. 3. Et Exod. c. 38. Siclū interpretentur didrachmū: cum locus ille palā tractet de siclo Sanctuarij, quē ex auctoritate Iosephi, Hieronymi & aliorum cōstat, quatuor drachmas appēdisse. Existimarunt enim septuaginta interpretes, siclū Sanctuarij, & vulgare pares fuisse pōdere, & vtrūq; duarū drachmarū pōdus tantū habuisse, vt tandē siclus etiā sanctuarij fuerit pōderis duarum drachmarū. Eandē sententiā sequitur, & probat Epiphanius Salaminis vr-

De mone. B 2 bis



bis Cypri Episcopus, cognomento Magnus, alioqui Cōstantiæ præsul: nã & Salamina ita dicta est, qui omniũ tam p̄oderum grauitatem, quã capacitatem mensurarum, quæ sunt apud septuaginta interpretes & Euangelistas explicat: cuius tamen opinionem tradito vero sicli Sanctuarij p̄odere improbat Georgius Agricola lib. 2. de externis ponderibus. Habet etenim siclus Sanctuarij pondus drachmarum quatuor Atticarum.

Quartò eadem ratione facillimum erit examinare pondus armillarũ aurearũ, quibus seruus Isaac donauit Rebeckã Pendebant enim duæ illæ armillæ siclos decem. Gen. c. 24. Nam si locus hic de siclo sanctuarij sit accipiendus pondus duarũ armillarũ erit censendũ iuxta quadraginta Atticas drachmas: vel quinq; vnciarum aut deniq; quadraginta numorũ aureorum, quos ex constitutione Regũ Catholicorum signatos simplices ducatos appellamus. Quòd si de siclis vulgaribus intellexerimus locum præcitatum pondus armillarum erit viginti drachmarum Atticarum atq; ideò viginti numorum aureorum, quos diximus ducatos simplices. Hieronymus tandẽ in traditionibus Hebraicis super dict. cap. 24. locũ illum de siclo Sanctuarij palam intellexit. Nam & hic frequentissimus est in sacra veteris testamenti Historia.

Quintò ad eiusdẽ loci congruam interpretationem est idem obseruandum p̄odus inaurium, quas idem seruus Isaac Rebeckę donauit, inquit enim rex. sacer protulit, vir, in aures aureas appendentes siclos duos. Vnde apparet, vtrinq; in aurem siclos duos appēdisse: id est octo drachmales aureos, quibus vrimur, & quos simplices ducatos appellamus: deniq; vnciam auri. Et hæc iuxta vulgare editionem, & valorem sicli Sanctuarij: cum pondus inaurium secundum vulgarium siclorum rationem esset quatuor

drachmarum: atque ita quatuor aureorum drachmalium, quibus Castellani vrimur. Quod si editio illa sit obseruanda, quæ ex Hebręo sermone traditur in hũc modum: protulit in auream aurem, dimidium sicli p̄odus eius: quemadmodũ D. Hieronymus traduxisse videtur, & probant Eugubinus, ac Georgius Agricola lib. 3. de pretio veterum monetarũ admodum differt inauriũ pondus: siquidẽ est censendum, ac reducendum ad duas drachmas Atticas habita ratione sicli Sanctuarij. Quo fit, vt Aloisius Lippomanus in catena super Genesim. c. 24. existimet, septuaginta interpretes non discrepare in eius loci translatione ab Hebręis dicentibus in aurem aureã fuisse ponderis semissis, vel dimidij sicli, etiam Sanctuarij, si apud interpretes septuaginta exponatur, & adsumatur *αυρα δαρχμῶν* distributiue, vt sit sensus, q̄ quælibet in auris erat p̄oderis vnus drachmę. Sic etenim vtraque in auris erit ponderis dimidij sicli Sanctuarij: nempe duarum drachmarum. Cui rationi accedit, quòd septuaginta interpretes Sanctuarij siclum semper, & vbiq; didrachmum interpretantur: quemadmodum superius probauimus, & manifestum fit, Numeror. ca. 3. Et Exodi. cap. 38. idcirco existimãtes cũ Hebręis, vtrinq; in aurem appēdisse siclũ sanctuarij, & earum quælibet dimidiũ sicli, interpretati fuerũt distributiue cuiuslibet in auris pondus esse censendum ad rationem vnus drachmę, & ita dimidij sicli Sanctuarij. Sic sanẽ fallitur doctissimus Eugubinus dum in dict. c. 24. miratur, quòd septuaginta interpretes siclũ verterint drachmam: siquidem ipsi septuaginta interpretes non interpretantur, siclũ drachmam esse: cum vbiq; eũ didrachmum esse censuerint: sed existimãnt, Hebręos cuiuslibet in auris pondus tradidisse ad rationem dimidij sicli, quẽ interpretes cõstituerunt integrũ ex duabus



duabus drachmis, & dimidium ex vna tantum drachma. Sed adhuc discrimen constat, si Hebraei de siclo Sanctuarij, & ponderis quatuor drachmarum intellexerunt locum illum, etiam si vtriusq; in auris pondus fuerit ab eis significatum ex dimidio siclo: quia septuaginta interpretes siclum integrum solent constituere ex duabus drachmis Hebraei verò ex quatuor. Sic multò maior est differentia, si dixerimus ab Hebraeis pondus cuiuslibet in auris ad dimidium siclum constitutum: nam vtraq; in auris erit quatuor drachmarum ex pondere integri sicli Sanctuarij: qua ratione ut Aloisij Lippomani sententiam probemus, oportet dimidium siclum apud Hebraeos accipere pro pondere cuiuslibet in auris, & de siclo duarum drachmarum intelligere. Etenim tunc iuxta interpretes septuaginta quilibet in auris appendebat drachmā vnā, & secundum Hebraeos dimidium siclum. Quod si dixeris, Hebraeorum Codicem intelligendum fore de siclo Sanctuarij quatuor drachmarum: & vtriusq; in auris pondus ab eis significatum ex dimidio siclo: tunc interpretes septuaginta notari possent ex hoc, quod dimidium siclum duabus appenderit drachmis, quo pondere ipsi censere soleant integrum siclum. Editio verò vulgaris, & quae ab Ecclesia Catholica constitutissimam habet auctoritatem, ut cōueniat editioni Hebraicae, quae pondus significauit sicli dimidij, erit intelligenda de siclo vulgari: ut tandem quaelibet in auris ex Codice Hebraeorum appenderit dimidium sicli Sanctuarij quatuor drachmarum, & vtraq; integrum siclum: sicq; quatuor drachmas vel duos siclos vulgares, quorum quilibet didrachmus erat.

Sexto hinc planè deducitur sibi non constare doctissimum Eugobinum, qui Leuit. 27. scribit, siclum apud Hebraeos esse quasi sesterium masculini generis

apud Latinos. Est enim hic manifestus error. Nā siclus, etiā si eis esset vniusdrachmæ, haberet ferè quatuor sesterios Latinos, & multò plures, si is duas drachmas, aut quatuor penderet.

Septimò apparet inde, an certum sit quod D. Hierony. in d. c. 24. Geneleos tradit, scribens, siclum Hebraeum esse vnciam, & vnciam vnā pendere. idē asserit Isido. lib. 16. Etymolo. c. 24. Nā hoc incertum fit vel ex eo, quod idem Hieronymus fatetur, siclum pendere quatuor drachmas: & tamē vncia cōstat ex octo drachmis. Vnde veriùs dixissent hi auctores, siclum esse semunciam. Quod ex auctoritate Isidori tradit Anto. Augustinus lib. 2. emendationum. cap. 8. cum ipse Isidorus asserat, siclum vnciam esse. Igitur vtrunq; fit, siclus Sanctuarij quatuor Atticas drachmas appendit: & idē semuncia est. Rursus Iosephus lib. 7. antiq. cap. 8. scribit, minam pendere quadraginta siclos. Quod siue intelligas de mina Hebraea, siue de Attica, satis differt ab his, quae superius adnotauimus.

Octauò expendi poterit ex his numus ille, cuius mentio fit apud Xenophontem libr. 1. de Cyri ascensu ad Babylonem. Is enim dictus est siclus, & ut ex eodem Xenophonte deducitur, pendit septem obolos Atticos, & dimidium. Sed & Hesychius tradit, siclum numum esse Persicum, aut Sardonium: & valere octo obolos Atticos: pendit ergo hic numus drachmam vnā, & tertiam alterius partem, idē probat Agricola lib. 2. de pondere monetar.

10 Nonò hinc erit examinanda gloss. in cap. si quis aliquando. §. in Leuitico. de poeniten. distin. 1. vbi mentio fit sicli Hebraici. Ioānes etenim Theutonicus hæc confinxit carmina.

*Tres siclos obolus: obolus tres drachmas: sed siclo vncia fert drachmas: duodena dat vncia libram. Siclus habet drachmas septem obolo minus vno*

De mone. B 3 Hæc



## Veterum collatio

Hæc sanè carmina parum sibi cōstāt. Nam si obolus habet tres siclos, fieri nō potest, q̄ siclus habeat septē drachmas obolo minus vno. Idcirco Antonius Augustinus in dist. lib. 2. emēdation. cap. 8 doctē, & diligenter probat, primum carmen aliter legendum esse: ita equidem. *Tres siliquas obolus: obolos sex drachma.*

Itē admonet, siclum viginti pendere obolos Hebræos: quod nōs paulō antē probauimus. Superest tamen adhuc error: etenim si ex Antonio Augustino legendum est in primo carmine: obolos sex drachma, qua ratione fieri potest, vt siclus habeat septem drachmas vno dēpto ex his drachmis obolo? haberet siquidē siclus quadraginta, & vnū obolos quod satis refragatur eidē Anto. Augustino, atq; idē nec ipse sibi cōstat. Nos verō arbitramur authorem horum carminum non satis percepisse rationem, & vim huius numismatis: nec item intellexisse drachmæ pondus: tamen si primū carmen, vt & alia conueniant sit ita legendum.

*Tres siliquas obolus, obolus tres drachma.*

Ita enim fit, vt siclus habeat septē drachmas obolo minus vno: id est viginti obolos: quos licet Hebræos verē siclos habet. Hic dubio procul est huius autoris sensus, etiam si plurimū ab scopo errauerit: dū drachmam effecerit trium obolorum, & ipsa verē sex obolos appēdat. Sic etiam decipitur dū viginti obolos Græcos ex his, quos drachma Græca pendit, tribuit siclo, q̄si viginti quatuor Græcos obolos pendit: deinde siclum existimat habere septem drachmas: cum omnium sententiā maior siclus qui dicitur Sanctuarij ponderis sit quatuor drachmasum.

Cæterum, licet ea, quæ de pōdere denarij, ac sestertij scripsimus, ita recepta fuerint, vt inde possimus, horum numismatum valorem ad nostram argenteam

monetam cōferre absq; insigni æstimationis, & pretij errore: de valore tamē, quem hi. numi apud veteres habuerint, maxima est controuersia. Nam etsi ab initio denarius decem valuerit asses, & Quinarius quinq;: Sestertius duos, & dimidium: sunt planē qui existimēt, paulō post valorem istum mutatum fuisse, & denarium æstimatum esse decem & sex assibus: Quinarium octo: sestertiū quatuor. Hoc enim apparet ex Plinio lib. 33 cap. 3. qui id contigisse scribit Hannibale vrgente Rempublicam. Q. Fabio Maximo dictatore. Eiusdem sententiæ auctores sunt Volusius Mærianus in lib. de asse. Et Vitruuius lib. 3. de Architectura. quorum autoritatem sequutus Antonius Augustinus lib. 2. Emendationum. cap. 7. à Budæi, & aliorum sententiā discedit. Huius opinionioni accedit locus insignis apud Cornelium Tacitum lib. 1. quo in loco, vbi agitur de seditione Pannonica, conqueritur Pannonicas miles, quod decem asses, non denarium acciperet: constat igitur apud Tacitum denarium plaris quàm decem assium æstimari. Nam & ex Plinio in dict. cap. 3. apparet, in stipendio militari semper denarium decem assibus æstimatum fuisse, & idcirco decē asses militi dari solitos pro denario, qui erat diurnum stipendium: sed & Plinius ipse palam asseuerat, eius ætate denarium æstimari decem & sex assibus, & sestertium quatuor. Volusius item Mærianus in dicto lib. de Asse. qui Iurisconsultus fuit, & floruit sub Antonio Pio, Adriano, & Antonino Philosopho, manifestē, & eō tempore hanc fuisse horum numismatum æstimationem scribit: vt hinc satis probatum esse videatur aduersus Budæum, & alios, quæ fuerit vera sestertij, ac denarij æstimatio. Sic sanè intelligenda est Iustiniani Caesaris constitutio in. l. vltim. C. de dona. Verba (inquit) superflua, quæ in donationibus



bus poni solebant id est sestertij numi vnus: assium quatuor, penitus esse reijcienda censemus. Etenim ad interpretationem sestertij, nē quis ea verba intelligeret de sestertio neutrius generis, adiectum est assium quatuor: cuius valoris erat sestertius, secundum Martianum. Quæ quidem interpretatio placet Antonio Augustino. Cui libenter addiderim, illa verba (sestertij vnus) in donationibus idē esse superflua, quod cum verē donatio fieret, simulatē vnus numi pretium apponebatur, vt videretur venditio, quæ vnus numi pretio apposito facta iudicabatur. I. Si quis antē conduxerit. ff. de acquiren. possessio. & ex Suetonio in Cesare: & Valerio Maximo lib. 5. adnotauit Budæus lib. i. de Asse. Et in rubri. ff. de in diem adiectione.

Vtunque tamen sit: etiā si à Budæo Martianum sequenti discedamus, iterum ad moneo, non esse admodum incertam denarij, & sestertij æstimationē ad nostræ pecuniæ rationem, & pōdus, ex quo certa poterit constitui, & diffiniri æstimatio. Sed & illud planē constabit, ad Hannibalistē pōs, & Q. Fabij Maximi dictaturam denarium decem assibus æstimatum fuisse: sestertiumq; duobus, & dimidia: tamen si postea contigerit maior horum numismatum æstimatio: Quod si quis adhuc sequi Budæi sententiam velit, ac existimet, frequentiorē fuisse in Republica Romana denarij æstimationem ad rationem decem assium, & sestertij ad rationem duorum & dimidij: tēnēdo Martiani æstimationem opineretur temporariam fuisse habere profecto graues auctores Varronem lib. 4. de verbo. origine. Priscianum lib. 6. & Sextum Pompeianum, qui cēsēt, denarium decem asses valuisse, quinarium quinque, sestertium duos, & dimidiam: tamen si admodum urgeāt auctores in cōtrarium citati, ex quibus apparet, hanc æsti-

mationem fuisse receptam ad. Q. Fabij dictaturam, & post eam denarium pluribus assibus æstimatum esse.

Fortassis, vt & hoc obiter adnotemus argentei, quibus Christus diuēditus est, non erāt denarij, sed numi didrachmi: vt censet Budæus libro. 5. de Asse, ex numo quodam illorum, qui apud Gallos in Sacratio Ecclesiæ cuiusdam maxima cum veneratione seruatur. Sic sanē erāt illi numi sicuti vulgares Hebræorum.

12 Fit deinde mētio aliquot in locis Sterlingorum quorundam: erat verō Sterlingus numus argenteus Anglicus ex vice sima sexta parte vnciæ: nam viginti sex numi argentei Sterlingi vnciam pēdebant autōre Virgilio Polidoro in historia Anglicā. lib. 16. dictus autem est hic numus, vt idem autor tradit, Sterlingus, quod Sturnus auis, Anglicē Sterling. vulgo Stornino, in altera parte numi esset impressa. Erit igitur quilibet Sterlingus paulō maior sestertio Romanorum: siquidē viginti octo sestertij vnciam apud Romanos efficiebant, quam apud Anglos itidem constituunt viginti sex Sterlingi: atque idē erit Sterlingus tertia nostri numi regalis argentei pars: aut numus paulō minor tertia Castellani argētei parte. Horum Sterlingorum mentio fit in cap. cōstitutio. de procur. & in cap. 3. de arbitris.

### Ex cap sequenti.

- 1 Aureus numus apud Romanos, quo tempore fuerit percussus.
- 2 De aureis, numis quos signari iusserunt Reges Catholici Fernāndus & Elisabeth, eorumque nepos Carolus inuictissimus.
- 3 Solidus aureus, cuius mentio fit à Iustiniāno quod pondus habuerit.
- 4 Solidus, qua ratione sic dictus fuerit? Et inibi de tremisibus, & semisibus.

Demone. B 4 De



De veterum aureis  
numis. Cap. III.

V R E V S numus apud Romanos cœpit post annum sexagesimum secundum quàm argenteus, teste Plinio lib. 33. cap. 3. Nèpè anno ab vrbe condita quingésimo quadragesimo sexto, ante Christi natale anno ducentesimo duodecimo, Græci itidem numis aureis vli fuerunt: quemadmodum passim constat ex Historicis, Græcisq; autoribus: tametsi Lycurgus numo aureo, & argenteo expuncto, ferreum solū vtēdum imperauerit: sicuti Plutharcus scribit in eiusdem Lycurgi vita.

Reges autem Catholici Fernandus, & Elisabeth anno. M. CCCXCVII. cudi iusserunt monetam auream in his Regnis ad hanc rationem, vt ex quolibet Marcho percuterentur sexaginta quinque numi aurei, & tertia alterius numi pars. Sic etenim ex libra auri duodecim vnciarum percussis fuere numi aurei nonaginta octo. Hi verò numi ex ipsa Regia constitutione appellantur excellentes, eiusq; ponderis dupli fuere item signati alij numi aurei, quos Doblones vulgus appellat, & demum alij, qui quinque, decē, viginti, aut quinquaginta numos excellentes penderēt: quos sæpissimè & nos vidimus: atq; ita cautum extat pragmatica constitutione. 118. Hac deniq; deprehensa horum numismatū ponderis ratione, apparet, quemlibet horū, numorū, quos Ducatos dicimus, & qui excellentes Regia lege nūcupantur drachmalē esse, & ferè habere Atticæ drachmæ pondus. Nam drachæ Atticæ sexaginta quatuor Marcum efficiunt: nonaginta sex Romanā libram duodecim

vnciarum. Quamobrem ex aureis his drachmalibus integri ponderis sexaginta quatuor, tot detrahuntur grana, quæ efficiunt numum alium, & alterius tertiam partē: sic ex nonaginta sex tot grana subtrahuntur: quæ duos numos aureos excellentes constituunt Drachmam autem hac in parte intelligo Atticam, quæ appendit septuaginta duo grana: quæ quidem Attica drachma duas continet drachmas vulgares, quibus aurifices vtuntur. Valet autem quilibet numus aureus ex his vndecim Regales argenteos huius regni numos, quorum præcedenti capite meminimus, & vltra vnum Maraue dinū græcū: atq; ideo valet CCCLXXV. æreos Maraue dinos.

Expēdebat in his Hispaniarum regnis ab hinc decē, viginti, & triginta annis aureus dictus Castellanus, cuius pondere & nunc aurifices, fabriq; argentarij vtuntur. Erat verò is numus probi quidē auri, & pendebar octo Tomines, quorum quilibet pendit duodecim grana: duoq; efficiunt scriptulum: sic sanè numus Aureus Castellanus, appendit Atticam drachmam, & scriptulū vnum: habetq; sextam vnciæ partem: qua ratione quadraginta octo Castellani efficiunt Marchum vnum pondere quidē iusto & sex vnciam: quæ admodum ex ipsius numismatis vero pondere satis apparet. Huius numi aurei Castellani valor est planè quadraginta octo octuaginta quinque Maraue dinorū, quorum in primo capite meminimus.

Demum Carolus Cæsar, Hispaniarū Rex percuti iussit aureos numos, qui Coronati, aut Coronæ dicuntur. Hi modò frequentiores sunt, quorum sexaginta octo faciunt Marcum: octo & dimidius vnciam: triginta quatuor pendunt vncias quatuor: centum, & duo efficiunt librā Romanam duodecim vnciarum. Valor quilibet numi ex his censetur ad tercentum



centū quinquaginta Maruedinos. Denique numus hic aureus decem regales argenteos numos & decem æreos maruedinos in æstimatione reddit: sicuti statutum est ab ipso Carolo in Pintiano totius regni conuentu anno. M. D. xxxvij. l. 104. Habet autem aureus hic numus pondus sexaginta octo granorum, conficiturq; & signatur ex auro non ita puro, & pretioso, vt est illud, ex quo excellentes aurei numi signabantur.

3 Olim à Romanis numus percussus fuit, qui ex auro signatus simpliciter aureus dicebatur, cuius numi passim mentio fit à Iuriconsultis, & veteribus Historicis: sed quia ab eisdem traditur plerumque numus aureus, qui dictus est solidus nondum satis constitutū est, imò adhuc controuertitur, an aureus & solidus eiusdem ponderis, & valoris fuerint. Ipse vero post tot egregios auctores rem istam breuiter examinabo, rationes vtriusque opinionis, & auctoritates adducens: ne videar temerè alteram ex his sententiā elegisse, & vt palàm sit, posse vtranque habita ratione temporum verè, & constanter asseuerari.

Primum enim illud sit absque cōtrouersia, solidum aureum, cuius mentio fit à Iustiniano, & alijs paulò antè Cæsariibus, sextam fuisse vnciæ partem: atque idem appendere drachmam Atticam, & scrupulum vnum: quo fit, vt sex solidi efficiant vnciam, & septuaginta duo libram. Quod constat ex Isidoro lib. 16. Etymologiarum cap. 14. Constantino Harmenopulo lib. 3. Epitomes titul. 7. text. ad hoc insignis in. l. quoties. C. de susceptori- & Arcarijs. libro. 10. cuius literam, & contextum subijciam ex ipso Codice Theodosiano, vt lector percipere possit faciliè quantum differat à vulgata lectione, & aliqua Accursium adnotasset, quæ planè subtraxisset si integram constitutionem legisset. Extat

igitur constitutio hæc libr. 12. Codicis Theodosiani. l. 13. titulo de susceptori- bus, præpositis, & Arcarijs.

### Idē. A. A. ad Germanianum Com. S. L.



*Quotiescunque solidi ad largitionum subsidia perferendi sunt, non solidi pro quibus adulterini sepe subduntur, sed aut idem in massam, redacti si aliunde qui solui potest habere materiā auri obriza dirigatur, pro ea scilicet parte, quam vnusquisque defendit: ne diutius vel allecti, vel prosequutores vel largitionales adulterinos solidos sobrogando in compendium suum fiscalia emolumenta conuertant. Illud etiā cautionis adijcimus, vt quotiescunque certa summa solidorum pro tituli qualitate debetur, & auri massa transmittitur, in septuaginta duos solidos, libra feratur accepto, &c. Data. 6. Idus Ianuarias Rome Lupicino, & Iouino Consulibus.*

**H**AEC in Codice Theodosiano nuper typis tradito Ioannis Tillij Angolismensis diligentia, & opera: tametsi in Iustiniani Codice tantum appositā sit vltima huius constitutionis pars: his equidem verbis.

Quotiescunq; certa summa solidorum pro tituli qualitate debetur, aut auri massa transmittitur, in septuaginta duos solidos libra feratur accepto.

Huius constitutionis auctores fuere Valens, & Valentinianus Imperatores, ac Cæsares. Vnde manifestum fit, solidum aureum, sextam fuisse vnciæ partem: & ideo sex solidos vnciam, septuaginta duos auri libram duodecim vnciarum efficere. Hanc sententiā etiam probant, & admittunt, præter Isidorum, & Cōstantinum Guilielmus Budæus libro 5. de asse. Georgius Agricola libro. 2. de pon



de pondere, & temperatura monetarū.  
& Alciatus lib. 3. disputationum. cap. 9.

4 Solidus autem ideo dictus est, quòd nihil illi deesse videatur. Solidum enim antiqui integrum dicebant, secundum Isidorum, & probatur in. l. ergo. §. creditoribus. ff. de fideicommiss. libertat. testis item est & Horatius scribens: aut partem solido demere de die. Idemq; Nebrissenfis adnotauit in Iuris ciuilibus lexi- co. Ea verò dictio, de qua modo agimus etiam aureis conuenit, & in vsum accessit ad discrimen constituendum inter aureos integros, & semisses, ac tremisses: cum semisses ex dimidia aurei parte, tremisses ex tertia constarent: sicuti apparet ex Aelio Lampridio in Alexandri Seueri vita. & in. l. iubemus. C. de erogatione militar. annonæ lib. 12. & titul. de veste militari. l. 3. eodem libr. quo in loco inquit Archadius, & Honorius. Fortissimis militibus nostris per Illyricum non binos tremisses pro singulis Chlamydibus, sed singulos solidos dari precipimus. Sic Bolusius Martianus de asse, libram integrā Solidum appellat: prima, inquit diuisio Solidi, id est, libræ. Ex quibus deducitur, non ex eo dictum fuisse solidum, quia de solido, & puro auro factus fuerit, à soliditate: vt falso existimat gloss. in. l. vnica. C. de veteris numisma. potest. lib. 11. Nam & ex his quæ hoc in capite nos adnotabimus, constabit, aureos veteres, & solidos frequentissimè percussos fuisse ex auro mixto, non ex puro, & obrizo. Tamen si Ouidius aurū hoc Solidum dixerit lib. 3. Amorum elegia. 7. Eruimus terra Solidum pro frugibus aurum, Solidus tamen hic numus aureus. xxiiij. siliquas appedit: & ideo octaua eius pars tres habet Siliquas: vt probat Antonius Augustinus ex Nouella Græca cōstitutione. 130. De vsuris Nau- ticas, nondum typis tradita, etiam si falso alij contrarium scripserint, quorum

error manifestè deprehenditur ex eo, quod sexta vnciæ pars, quam appedit Solidus, constat ex drachma Attica, & scriptulo: drachma verò ex obolis sex, & sic decem, & octo Siliquis: scriptulū ex duobus obolis: atque ita ex Siliquis sex, quemadmodum in cap. precedenti probauimus: vnde Solidus. xxiiij. habet Siliquas.

Hinc tādē fit, vt solus hic numus aureus, qui sextam habet vnciæ partem, omnino similis sit numo aureo Castella- no. Et hoc quidem obtinet quo ad pondus: nam de valore & pretio ipsius Soli- di paulò post in hoc ipso capite dicemus tamen si hæc ferè iam olim tradiderimus lib. 1. Variarum resolut. cap. 11. Hæc igitur sunt planè accipiēda, & absq; vlla cō- trouersia de solido auro, cuius mentio fit in ipsius Iustiniani Codice & in eius- dem Cæsaribus constitutionibus.

## Ex. §. sequenti.

- 1 Aureus, quod sexta fuerit vnciæ pars, multis probatur rationibus.
- 2 Rursus traditur, aureum à Solido differre, & quartam efficere vnciæ partem.
- 3 Quæ fuerit hæc tenus auri ad argentum, argenti ve ad aurum proportio?
- 4 Auri bonitas traditur, & qua ratione cognosci ea possit.
- 5 Aurum obryzum, quid?
- 6 Argenti bonitas itidem distinguitur.
- 7 Argentum postulatum, quid?

## §. Primus.



E auro sanè quidam opi- nantur, cum numum pon- dere similem fuisse soli- do: atq; ideo sextam fuis- se vnciæ partem. Hæc sen- tentia placuit aduersus Budæum AEmi- lio Fe-



lio Feretto Insti. de pœna temerè litig. Antonio Augustino lib. 2. Emendat. ca. 9. Eandem probat veriorē, ac certiorē esse cēset Ioānes Arce ab Orator olim in hoc Granatenſi Prætorio Regius cōfiliarius, qui nunc Pintia eodē muncere fungitur, vir equidem ob ſingularem eius eraditionem ab omnibus, ſed à me præ cæteris ſuſpiciedus. Is inquam in eleganti opere, quod de nobilitate Hispana publicum fecit, parte. 2. cap. 4. ſcribit, Solidum, & aureum idem eſſe, nec pondere, nec valore differre. Horum authorū rationes exponam, vt facilius deprehendi poſſit, quò tendat huius controuerſiæ ſtatus.

Prima eorum ratio adſumitur ex dicta. l. quoties. qua cōſtat, numum aureū, qui ſolidus dictus eſt, ſextam fuiſſe vnciæ partem. Idem probatur authoritate Iſidori, & Conſtantini Harmenopoli, quorum modò meminimus. Igitur ſatis apparet aureum numum apud veteres, & Iuriſcōſultos ſextam fuiſſe vnciæ partem, & ſic omnino ſimilem extitiſſe Solido pondere quidem, & item numo aureo Caſtellano.

Secunda ratio adducitur ex. l. Vnica. C. de collat. æris. lib. 10. Ea etenim conſtitutione quilibet aureus Solidus æſtimatur vicens libris æris, id eſt, interprete Antonio Auguſtino, centum viginti ſeſtertijſ. Sed ſi ſolidus minoris pōderis eſſet, quàm aureus, veriſimile non fit, eū pluris æſtimari: cum aureus centum tantum ſeſtertijſ fuerit æſtimatus. Cōſequitur ergo, cum conſtet de ſolidi certo pōdere, idem pondus & aureum habuiſſe.

Tertiò idem probatur in. l. ſi vero. §. Prætor ait. ff. de hiſ, qui deiecer. vel eſſud. pœna etenim ibi ſtatuta eſt iure Pædeſtarum decem ſolidorum, quæ per Iuſtinianum expreſſim traditur nomine decem aureorum. in. §. Item is. verſ. cui ſimilis eſt. Inſti. de obliga. quæ ex quali

maleſi. naſcūtur. Ex quibus duo libet ad notare. Primum apud Iuriſcōſultos in Pædeſtarum libris mentionem fieri ſolidorum; quæ itidem fit in. l. quia vulgo. ff. de ædilit. dict. Secundum, promiſcue à Iuriſcōſultis, & Iuſtiniano accipi ſolidos, & aureos vt idem omnino ſint.

Quartò, hoc ipſum ſtabilitur ex. l. 1. in principio. ff. de hiſ, qui deiecer. vel eſſud. quò in loco pœna conſtituitur quinquaginta aureorum; quam ſub eadem quantitate, & eodem aureorum nomine repetit Iuſtinianus in dic. §. item is. verſ. ob hominem. vt hinc planè conſtet. Iuſtinianum veterem aureorum monetā minime muſtaſſe, ſed manifeſto argumēto comprobaffe, eam ſolido parem eſſe: cum in eadem materia, quæ per veteres leges tradita fuerit ſub promiſcuo aureorum, & ſolidorum vſu, ipſemet quando que ſolidorum, quãdoq; aureorum mentionem fecerit.

Quintò idem probare conantur ex eo, quod Iuſtinianus in. §. vlt. Inſtit. de pœna temerè litigant. pœnam à Iuriſcōſultis quinquaginta aureorum numero ſtatutā in. l. ſi libertus. ff. de in ius vocad. l. 2. l. in eum. & l. vltim. ff. de in ius vocati vt eant. quinquaginta ſolidorum nomine expreſſit.

Sextò conſtat, à ſolido aureum non differre, nec pondere, nec valore ex Regia. l. 7. titu. 18. part. 1. vbi aduerſus occidentem Episcopum, preſbyterum, aut Diaconum pœna ſolidorum ſtatuta eſt ſub certo numero: cum idem numerorū numerus videatur ſub aureorum nomine iure communi diffiniri pro eiufdem criminis pœna. cap. Qui ſubdiaconum. 17. quæſt. 4.

Septimò hoc ipſum probari poteſt, quia in quibuſdam Regijs conſtitutionibus mentio ſolidorum fit in hiſ caſibus, in quibus apud ipſos Iuriſcōſultos aureorum nomen exponitur. Nam & aurei,



rei, quorum meminere Iurisperiti in l. 3. §. 1. & §. 2. de sepulchro violat. Solidi nominantur in l. 1. & 2. lib. 4. fori.

Octavo eadē opinio comprobatur auctoritate Accursij Barto. & doctor. in d. l. quoties & in. quicunq; C. de seruis fugit. Abb. & Felini. in cap. conquerētē. de officio ord. quorum, & aliorum communi cōsensu decisum extat aureum Iurisperitorum, & solidū Iustiniani eiusdem valoris, & ponderis fuisse.

Nonō & his rationibus ipse aliam ad iicio, certō sciens quantum ea sit roboris habitura. Etenim cū Regiæ Partitarum leges plerunq; ac frequētissimē aureos & solidos veterum Iurisperitorū & Iustiniani in eandem monetam Hispaniarum transtulerint, satis est probabile, doctissimos illos viros, qui Partitarum operi strenuā dedere operam, planē existimasse: eiusdem ponderis, & valoris aureum, & solidum fuisse.

Verūm ex contrario alijs visum est, aureum veterem a solido Codicis Iustiniani differri proportione fescupla, ita quidem, vt aureus sit fescuplo maior pōdere ipso quidem solido. Atq; ideo quatuor aurei vnciam efficiunt: quadraginta octo auri libram duodecim vnciarū: triginta duo Marchum octo vnciarum. Sic etenim cēsēt, & opinantur Guilielmus Budæus lib. 3. & rursus lib. 5. de asse Leonardus Portius lib. 1. de monetis, & ponderibus. Alciatus lib. 3. dispunct. c. 9 Georgius Agricola lib. 2. de pondere, & temperat. monet. quorum sentētia multis probari potest.

Primō ex ipsismet numis aureis veteribus, quorum viginti quatuor testatur Budæus in dict. lib. 3. expendisse, atq; ex iusti ponderis examine deprehendisse, ipsos appendere sex auri vncias. Scribit tamen aureis viginti quatuor addidisse duas drachmas, & grana quædā, ex quibus perduxit rem ad æquilibrium. Sic fa-

ctum est, vt viginti quatuor aureis duæ adiustum, & exactum pondus deficerēt drachmas. Idq; mirum non est eorū vetustatem, ex qua consumpti, & corrosi aliqua ex parte fuerēt. Igitur huiusdoctissimi viri diligentia probabilius est, aureum quartam fuisse vnciæ partem: cum viginti quatuor sex vncias appenderint, duabus propter vetustatem eorum deficientibus drachmis.

Secundō ad hoc ipsum & locus Plinij conducit lib. 33. c. 3. Etenim ex emendatione Leonardij Portij, Agricolæ, & aliorū ita is scripsit. Aureus numus post annum sexagesimum secundum percussus est, quam argenteus, ita vt scrupulū valeret sestertijs vicens, quod efficit in libras ratione sestertiorū, qui tunc erāt. V. D. CCLX. sestertio. Post hæc placuit quadraginta duo signari ex auri libris: paulatimq; principes imminuere pondus, minutissimē verō ad. xlvij. Hæc Plinius, ex quo apparet, aureos quatuor vnciam fecisse, & ætate ipsius plinij ex auri libra Romana percussos fuisse aureos quadraginta octo.

Tertiō his accedit Iulij Pollucis auctoritas, is etenim lib. 4. de vocabulis ad Cōmodum Cæsarem inquit, aureus numus duas drachmas Atticahabebat. Vnde par est, vt quēadmodū denarius Romanus ferē drachmalis pondere fuerit, ita & aureus Romanus duas drachmas habuerit: vnde manifestum fit, aureum quartam fuisse vnciæ partem: cū vnciæ ex octo drachmis constet. Erit igitur hic aureus Romanus iuxta pondus istud similis ferē habita ratione ponderis aureo numo duplo, quem vulgus Doblōn appellat. Est enim duplus hic numus aureus ponderis ferē duarum drachmarū: siquidem dupli aurei Castellani, quos cædi iusserunt Reges Catholici Fernāndus, & Elisabeth, triginta duo efficiunt Marcū addito alterius dupli aurei besse, aut duobus



duobus adiectis tremissibus, atque ideo quatuor ex his vnciam ferè cōstituunt.

Quartò ad hanc rem diligentius expendendã oportet prænotare, aureũ illũ veterẽ, qui absq; vlla controuersia vigin-  
tiq; denarios argenteos valuit, si is foret solido similis ita, vt drachmam, & scrupulum appenderet, maximè dissimilem constituere proportionem, & analogiam auri ad argentum, multumq; diuersam ab ea, quæ Cæsarum temporibus & multò antè Romæ habitata fuerit. Quæ de re illud est constituendum, quòd olim cū Romæ fuit auri penuria, auctore Plinio, ea fuit proportio auri ad argentum quæ est quindecim ad vnum, drachma etenim auri quindecim argenti drachmis æstimabatur. Erat ergo quindecuplex auri ad argentum analogia, seu estimationis proportio. Quod palàm deducitur ex Plinio, qui lib. 33. cap. 3. scribit, scrupulum auri vicenos sestertios valuisse: sed viginti sestertij quindecim argenti scrupulos continebant: nèpe appēdebant quinq; drachmas, aut denarios, quorum quilibet, si denarius omnino drachmæ similis est, tria scrupula pedit: igitur ex Plinio deducitur, tunc auri ad argentum esse proportionem quindecuplã: atque ita Budæus Plinij locum lib. 3. de arte inducit, & interpretatur.

Deinde apparet, Romæ vnã auri partem decem argenti partibus aliquando æstimatam fuisse. Cui rei testis est Liuius libro. 38. agens de conditionibus pacis, ad quas Aetoli conuenerat cum Romanis, inquit enim: de pecuniæ summa, quã penderunt, pensionibusque eius nihil ex eo, quod cum consule conuenerat, mutatum, pro argento si aurum dare mallent dare conuenit, dum pro argenteis decẽ aureus vnus valeret. Idem & Iulius Pollux libro. 9. de vocabulis ad Commodũ affirmat ex Mærandri comœdia, quæ depositum apud argentarium dicitur.

Huius loci Budæus, & Georgius Agricola meminere. Et licet Carolus Molinæus. de contractibus. quæstio. 100. numer. 779. existimet, parùm cautè Liuij locum ad rem istam adduci, opinor ipse optimè hoc ex eo probari: cum sit verò simile, de aureo, & argenteo eiusdẽ pōderis actum fuisse.

Herodotus tamen in Thalia vnum auri talentum taxauit tredecim argenti talentis. Et ferè quindecim Diodorus Siculus libr. 16. Romæ verò Sergij Galbæ temporibus vna auri portio æstimata fuit argenti portionibus duodecim, & dimidia: quod ex Tranquillo, & Cornelio Tacito in hunc modũ deducit Georgius Agricola. Scribit enim Suetonius Tranquillus in Othone Syluio. Nullo igitur officio, aut ambitionis in quemquam genere omisso, quotiescena principem acciperet, aureos excubanti cohorti viritum diuidebat. De eadem quæ largitione ita loquitur Tacitus eo paulatim progressu, vt per speciem conuiuij, quoties Galba apud Othonẽ epularetur, cohorti excubias argenti viritum centenos diuideret. Nã cum centum numi sestertij efficiant quinque, & viginti denarios & aureus duorum denariorũ pondus habeat, vna quidem auri pars, argenti partibus duodecim, & dimidia æstimata fuisse videtur. Sed & Dion. libr. 55. asseuerat, aureũ apud Romanos fuisse valoris viginti quinque drachmarum Atticarum.

Hipparchus apud Platonem aperte asseuerat, vnã auri portionem esse pretium duodecim argenti portionum. Sic etenim cōstat ex Platonis Dialo. cui titulus Hipparchus, vel de lucri cupiditate. Deinde Vespasiani tẽporibus, vnã auri portionem, argenti portionibus duodecim æstimatam à Romanis fuisse deducitur ex Plinio, qui lib. 19. c. 1. Proximus, inquit, Byssino, mulierum maximè

De mone. C delicijs



delicijs circa Elin in Achaia genito: qua ternis denarijs scripula eius permutata quondam, vt auri. Habēt enim quatuor denarij pondus duodecim scrupulorū seu scrupulorū. Eritq; paulò maior auri ad argētū proportio, si denariū maiore drachma constituamus, neq; si septē denarij efficiāt vnciā, quā cōstat ex viginti quatuor scrupulis, tunc sanè quatuor denarij pondus habebunt ferè quatuordecim scrupulorum: atq; ideo auri ad argentum proportio hæc erit constituenda, vt vna pars auri ferè quatuordecim argenti partibus sit æstimanda. Sic denique tēpore illo, quo Romæ solidus sextularis erat, auri portio vna, quatuordecim argenti portionibus æstimabatur: quemadmodum ex l. i. C. de argenti pretio. lib. 10. deducitur, & adnotarunt Carolus Molinæus de contractibus quæstio. 100. nu. 779. Antonius Augustinus lib. 2. Emenatio. cap. 8. Hoc ipsum & multò antè obtinuerat, vt ex Plinio modo probauimus, & ex Suetonio, ac Tacito paulò antè citatis idem obseruandum erit, si ex septem denarijs vnciam, & ex duabus drachmis aureum veterem constituamus: si quidē viginti octo drachmæ, & aliquid plus constet ex viginti quinque denarijs. Fit igitur satis manifestum, olim Romæ tempore, quo solidus erat in vsu ex sexta vnciæ parte, & item eo, quo aureus publica percudebatur auctoritate, auri ad argentum eam fuisse proportionē, quæ est vnus ad quatuordecim.

Quòd si hæc vera sunt, nec vnquam pluris fuerit aurum Romæ æstimatum, quàm ad rationem vnus pro quindecim argenti partibus: fieri non potest nec est vero simile aureum pendentem drachmam, & scrupulum, & sic similem pondere. Iustiniani solido, valuisse viginti quinque denarios argenteos: cum esset tūc ea proportio auri ad argentum, quæ est vnus pro vnde viginti, quod nullibi

legi, etsi diligēter inquisierim. Et hæc quidem si denarius pondere drachmæ similis cōstituatur. Quòd si denarius, Plinio auctore, septima est vnciæ pars, multò maior erit auri ad argentum æstimationis analogia, & proportio: quia vna pars auri æstimāda est vna & viginti argenti partibus. Hæc sanè rationē ipse quandoq; probauit pro Budæi, Leon. Portij, & aliorum sententia, quam vltèrius exponam, illud primùm præfatus, minimè controuersum esse, apud veteres aureum viginti quinque denarios valuisse: quod minimè negant Anto. Augusti. & Ferrettus: idemq; nos inferiùs euidenter ostendemus. Nostra verò ætate vna quidem auri pars vnde decim argenti partibus, aliquādo duodecim æstimatur, & pluris ob auri inopiam, vel eius æstimationem ex eo contingentem, quòd aurum sit purum absq; vlla argenti, vel æris mistura.

Hæc autem tam varia æstimatio auri præter rationem illā, quæ ab eius inopia sumitur, poterit contingere ex ipsius auri, vel argēti qualitate. Hæc tandem qualitas inde constat, quod quantò purius est ipsum aurum, vel argētum, tantò est maioris æstimationis: sic & minoris æstimandum erit, si mistum sit alterius metalli maiori portioni. Auri etenim bonitas in viginti quatuor caractis indicaturæ pro ratione Marchi consummatur. Nostri siquidem aurifices & argentarij fabri ad legem, & bonitatem auri indicādam, & deprehendendā vtuntur caractis, quā dictionē à Ceratio verbo Græco de flexere. Est enim Ceratiū minuti ponderis vocabulū à grano siliquæ ductū, qui fructus est arboris prædulcis digitorum hominis longitudine, & pollicis latitudine. Hispani Garrouas dicimus: intus sunt grana, quæ ceratia dicuntur nomine cum fructibus communicato. Sic Columella lib. 3. Siliquam, inquit, Græcam quidam ceratium appellant. Hæc tamen in parte

ceratiū



ceratium non ad pondus veteris ceratij, aut siliquę referendum est, sed ad auri in dicaturam: quod & Budæus admonet libro. 3. de asse. Nam aurifices Marchum diuidunt in viginti quatuor caracta, quæ vulgo quilates vocamus: cuilibet autem vnciæ conueniunt tria caracta, aut tres quilates: qua ratione cum dicimus oro de. xxiiij. quilates, intelligimus aurū purum, & obryzum, quod nullam habet mixturam alterius metalli, nec argenti, nec æris. Hinc sanè fit, quòd aurum illud est omnino purum, quod totum legitimum vnciæ, vel Marchæ pondus, id est in Marcho. xxiiij. caracta, habet ex vero auro, nullo ad mixto metallo, nec argento, nec ære. Quod si Marchæ auri sit admixta vicesima quarta æris, vel argenti pars, dicitur aurum istud viginti triū caractorum: nos dicemus vulgari sermone, oro de xxiiij. quilates. Sic si in auri Marcha sit duodecima portio argenti, vel æris, diceretur aurum hoc viginti duorum caractorum, id est, oro de xxij. quilates. Hanc verò auri bonitatem facillimè deprehendunt aurifices, lydio lapide aurum probantes. Nam & Plinius lib. 33. c. 8. de eodem lapide lydio tractās inquit. His coticulis periti cum è vena, vt lima rapiunt experimentum protinus dicunt, quantum auri sit in ea, quantum argenti, vel æris: scrupulari differētia mirabili ratione non fallente. Hæc Plinius, qui scrupulum dixit, quod nos quilate dicimus. Hæc tamen Castellana dictio quo ad pondus quatuor habet grana vulgaria.

Hinc ergo planè intelligitur constitutio Regum Catholicorū, cuius in hoc capite meminimus, dū iubet aureos numos, quos Excellentes appellat, ex auro percuti, quod aurum sit de ley de xxiiij. quilates, y tres quartos. Est enim hoc aurum non omnino purum, sed quod habet argenti, vel æris admixtam nonagesimam sextam partem: sic habet au-

rū istud æris, vel argenti quartam vnius caracti partem in auri Marcho, vel in octo vncijs.

Eadem ratione cōstat intellectus ad l. 104. Caroli Cæsaris, Hispaniarum Regis anno xxxvij. Pintia latam, qua constitutum est, vt numi aurei percutiantur & hi Coronæ dicantur, ex auro quidem xxij. caractorum, id est, de xxij. quilates. Habet enim hoc aurū in quolibet Marcho duodecimam argenti vel æris admixtā portionē: & sic vnius vnciæ duas partes è tribus. Dicitur aurū istud apud Latinos duo & vicensarium: quia duodecima parte ab auro purissimo deficiat, & habeat viginti duo caracta. Eodem fermè modo aurum dicitur vicensarium quod est viginti caractorum. Et item aurum duodeuicensarium quod habet xxviiij. caracta: & id differt à purissimo quarta parte: quemadmodum Budæus diligentissimè explicat libro. 3. de asse scribens vasa rarò ex auro purissimo fieri ideo, quòd illud aurum vsuram non fert, nec attrectationem sine magno intertrimēto: idcirco cōsultò temperatur. Et idem fit in annulis, catellis, spirisq; & mundo muliebri, ne facile frangatur, aut torqueatur, testatur & ipse Budæus apud Gallos numos aureos percuti ex auro, quod vno tantum ceratio deficiat in ipsa iudicatura: cum cōstet ex viginti tribus caractis.

Sed & hinc aperitur sensus Suetonij Tranquilli, qui in Cæsare scribit. cap. 54. in Gallia fana, templaque Deum donis referta expilauit, vrbes diruit sæpius ob prædam, quàm ob delictum: vnde factum, vt auro abundaret, ternisq; milibus numum promerciale in Italia, prouincijsq; diuideret. Etenim in hoc Suetonij loco manifestum fit, auri libram æstimatam fuisse ad rationem ferè vnius auri partis pro argenti octo partibus: cum de sestertijs numis sit Suetone.

De mone. C 2 nius



nus intelligendus: vnde coniectare possumus, aurum illud, nempe vasculariū, fuisse duodeuicenarium, & à purissimo auro quarta parte deficere, vt tandē fuerit aurum de xvij. quilates, quod & ipse Budæus admonet.

Hæc quidem de auro puro adnotauimus, & de mixto, aurum verò purissimū passim obryzum vocatur: atq; inde obryzati solidi dicuntur in. l. Vniuersos. C. de veter. Numismatis potest. & in. l. 1. C. de oblatione votorum. lib. 12. qui ex purissimo auro fuerint signati. Plinius ad hæc lib. 33. cap. 3. Auri, inquit, experimento ignis est, vt simili colore rubeat quo ignis, atque ipsum obryzum vocant. Sic & ad bonitatem auri, & ad eius pondus examinandum iubet lex constitui publicum iudicem, quem Zygotatem appellat: nos Contrastæ dicimus. l. 2. C. de ponderatori. & auri illatione libr. 10. Olim Romæ lege lata à Mario Gratidiano statutus est ludus, id est schola, probandi numismatis, vt ægrè fallere possent numi adulteratores, teste Plinio lib. 33. cap. 9. Commemorat adhæc Georgius Agricola lib. 1. de pretio metallorū, ex Herodoto lib. 4. Dariū regem Persarū cum cuperet tale monimētum sui relinquere, quale nullus Rex reliquisset, ex auro, quod quàm fieri potuit purissimū excoxit, numos percussisse, qui Darici vocati sunt. Daricus autē hic numus pendebat duas drachmas: vnde similis erat duplo aureo numo, quem percuti iusserunt Reges Catholici Fernandus, & Elisabeth, quemadmodum ex dicto pondere constat, quod proprium huius Darici numismatis fuisse ex Xenophōte, & Aristophanis interprete docet idem Agricola lib. 2. de pōdere, & tempera. mone. aduersus Budæum qui existimat, Daricum octo drachmarum pōdus habuisse. Erat ergo Daricus pondere similis aureo Romano iuxta posteriorem sentētiā: ha-

bebatq; ex altera parte imaginem Darij, ex altera Sagitariū incisum, auctore Plutarcho in vita Artaxerxis. Tyberius itē imperator, qui Iustino successit, Chilpericum Regem Francorum aliquot puris aureis ad eum missis donauit, quorū qui libet libram pendebat, & altera cuiusq; parsexprimebat imaginem imperatoris cum hac inscriptione: Tyberij Constantini perpetui Augusti: altera currū quadrigatum cui insidebat auriga cum hac præclara inscriptione: Gloria Romanorum: cuius rei meminit Georg. Agricola lib. 1. de pretio metallorum: atq; item Sabellicus AENEADE. 8. lib. 5. Sed & Paulus AEmilius de rebus Francorum lib. 1. idem scribit adijciens, hos numos fuisse quinquaginta: tametsi non scripserit, eos fuisse ex auro purissimo signatos. Aurū verò hoc purissimum obryzum vocatur quasi Ophirizum, aut Ophirisiū auctore Hieronymo ab Ophir insula Aethiopiæ, vnde purissimum aduehebatur. Latini autem & pro obryzo obruffam dixere, vt Seneca epistola. 13. hæc, inquit, est eius obruffa: id est, summa bonitas: vt interpretatur Andræ. Alciatus. lib. 5. Patergon. c. 9. Qui etiam cēset, hinc deduciprouerbiū, ad obruffam, id est, ad summum perfectionis: quo Cicero in Bruto vtitur. Expurgandus est, inquit sermo, & adhibenda ad obruffam ratio, quæ mutari non potest. Auri item numi obrizati meminit Agathias Historicus. Locus sanè Diui Hieronymi, cuius simpliciter Alciatus meminit, est, ni fallor, in Commentarijs in Hieremiam libro secundo, capitu. 10. super illa verba: Argentum inuolutum, siue productum de Tharsis affertur: aurum de Ophaz, opus artificis, & manus ærarij. Hieronymus ita, inquit: septem nominibus apud Hebræos appellatur aurum, quorum vnum Ophaz dicitur: quod nos dicere possumus Obryzum. Idem adnotauit



tauit doctissimus Beroaldus apud Suetonium in Nerone cap. 44. ex Fortunato interprete Ecclesiasticarum dictionum. Quæ tamen verba minimè probât, Hieronymum voluisse obryzum aurum inde deducere, quasi Ophirifum ab Ophir. Nam etsi dixerit, aurum ex Ophir proptem eius summam bonitatem posse dici à Latinis obrizum, non tamen significat, obryzum dictum ab Ophir, quasi ophirifum. Potuit sanè obryzum dici quasi *ἀβρυζοῦ* idest, syncerum, delicatumq;. Dicitio autem, obrussa, agnoscitur ab Erasmo in adnotationibus ad Senecam ex ratione auri obryzi. Apud Ciceronem in Bruto vulgata lectio hæc est, Expurgandus est sermo, & adhibenda quàm obrussa ratio, quæ mutari nō potest. Sed & Petrus Victorius in annotationibus, obrussam ex veteri Codice agnoscit, existimans in utraq; lectione subesse mendum. Fit & auri obryzi mentio Danielis cap. 10. vbi Hieronymus ex Aquila, aurum Ophaz interpretatur. Suetonius item in Nerone. capitu. 44. eiusdem auri obryzi mentionem fecit.

Argentilex, & bonitas non ex caracteris, sed ex denarijs, & granis à fabris argentarijs distinguitur. Accipitur enim hic denarius non ad pondus, sed potius ad bonitatem. Idcirco est duodecima pars integræ, seu totius puritatis materia cuiuslibet massæ: vt explicat eleganter Caro. Moli. de Contractibus, quæst. 100. numer. 182. & 189. Nostamen ad Marchum in praxi denarios hos deducemus: si quidem Marcha habet duodecim denarios, quorum quilibet diuiditur in grana. xxiiij. Summa igitur bonitas in argento ea est, vt Marchus quilibet habeat duodecim denarios argenti: atque ita Marchus totus erit argenti puri quod nullam habet æris, aut stanni mixturam. Quod si Marcha habuerit duodecimam partem æris mystam argento, tunc argē

tum hoc erit vndecim denariorum, quia duodecimus denarius non argenti, sed æris est alteriusue metalli. Sic sanè constitutio Regia in Pragmaticis dum statuit numos argenteos esse cudendos ex argento, que sea de ley de onze dineros, y quatro granos, est ita intelligenda, vt numi argentei percutiantur ex argēto, cui tantum mixta sit æris, aut alterius metalli pars duodecima minus sexta parte: atque ita vnus denarij quinque partes ex ipsius denarij sex: denique habet argentum hoc mixturam alterius metalli ad rationem decimæ quartæ partis, & paulo pluris. Quilibet igitur Marchus huius legis & bonitatis habet alterius metalli quatuor Atticas drachmas, & ferè dimidiam, vel semunciã, & plus: nempe dimidiam ferè Atticam drachmam. Hanc verò rationem bonitatis auri, & argenti præter Budæum, & Carolum Molinæ tradidit optime Albertus Brunus in tracta. de augmento & diminutione cōclusionē vltima.

Ex argento purissimo numos percutit Ariandes, quem Cambyses AEgypto præfecerat, quare Herodoti etiam temporibus argentum Ariandicum fuit purissimum: meminit huius numismatis Georgius Agricola libro. 1. de pretio metallorum ex Herodoto libro. 4. Romani verò denarij, etiam qui tempore Consulū percussi fuere, non sunt ex puro argēto confecti. Siquidem æris habet partem octauam, quam Liuius Drusus Tribunus plebis miscuit argento, qui ab Imperatoribus signati sunt maiorem habent æris portionem: quod eleganter ac diligentissimè tradit Georgius Agricola libro. 2. de ponderib. & temperatura mone. qui & in di. lib. 1. de pretio metallorum, & monetis, vtrinque rationes adducit, an expediat reipublicæ, numos ex auro vel argēto purissimos percuti: an potius vtile sit, auro, & argento misceri  
De mone. C 3 æris



æris partem aliquam ad numismata cuedenda. Ipse vidit multos Cæsarum denarios argenteos, quorum aliquot signati videbantur ex argento, cui mixta erat decima, vel duodecima æris pars: aliquot autem ex minoris bonitatis materia: nẽpẽ ex argento, cui fuerit mixta sexta, vel quinta æris pars. Nec diffiteor apud Romanos & Græcos, & apud Hispanos varias ob causas sæpissimẽ ex reipublicæ instituto rem istam numariam mutationem in argenti, & auri materia accepisse. Denique in auro, & argento ratio iudicaturæ communis est, vt quod excoctissimum sit, vel aurum, vel argentum, id sit à mixtura alterius metalli purgatissimum. Argentum purissimũ, quod Hispani Acendrado dicimus, à Latinis pustulatum nũcupatur ex auctoritate Suetonij in Nerone. cap. 44. & Iurifconsulti in. l. in naue Saupheli. ff. locat. quo in loco Budæus hoc adnotauit, & Philipp. Beroaldus ad Suetonium in dict. cap. 44. Catellianus Cotta in dictione. Argentũ Hoc ipsum Aulus Gellius appellat lib. 6. cap. 5. argentum purum, putum. Qua de re multa tradidere Alciatus lib. 6. Pareg. cap. 4. ~~Caroli Mollæ~~ in tract. de contractibus. q. 100. num. 785. & Stephanus Forcatulus in Necyomantia iuris Dialogo. 6. Quibus non omnino placet dictio pustulatum apud Suetonium, nec apud Iurifconsultum, apud quem in Pandectis Florentinis legitur, Pustulatum foralsis à pustula. Sed à multis proditum est aurum, & argentum non posse ita excoqui, quin aliquam habeat, etiam summa diligentia excoctũ, alterius metalli portionem. Secundum hos in auro est summa bonitas ad quartum, & vicesimũ ceratium ad quadrantem absolutum: id est vt quadrans tantum ceratij in tota massa, aut Marcho æreus sit, aut argenteus. Sic equidem aurum illud, cuius meminit præcitata Regia constitutio, erit iux

ta hanc rationem purissimum, & obryzam. Argentum autem ex hoc illud erit purgatissimum, cui tantum mistus est alterius metalli denarij quadrans: nempẽ quadragesima octaua totius massæ pars. Verũ Guiliel. Budæus lib. 3. de asse cõsentiens huic opinioni veterum, & asseuerans, aurum & argentum ad præscriptam bonitatem summam censerit: nihilominus ex iudicio, & testimonio peritorum huius seculi probat, argẽtum ita decoqui posse, vt nihil penitus præter merum argentum superfit: aurum verò ad eòdẽ posse igni purgari, vt ad bonitatem absolutam, & summam nõ sit in eo æris, aut argenti quicquam præter decimam sextam vnus caracti portionem. Et sanẽ huic auro, vt verẽ sit viginti quatuor caracterum: de xxiiij. quilates: solum deficit vnus caracti decima sexta pars, nempẽ totius massæ portio tricesima octuagesima quarta.

Quæ omnia ideo hoc in loco adduximus, quod existimemus fore necessaria, aut saltem vtilia esse ad cognitionẽ eius rei, quam hoc in opusculo tractandam suscepimus. Scribit & præter hæc Plinius li. 33. cap. 4. Omni auro inest argentum vario pondere alibi dena, alibi nona, alibi octaua parte. In vno tantum Gallia metallo, quod vocant Albicratẽ se, tricesima sexta portio inuenitur, ideo cæteris præest. Hactenus Plinius.

His ergo rationibus probari poterit Budæi, & aliorum sententia, quæ asserit & diffiniuit, aureum veterum Romanorum quartam fuisse vnciæ partem, & à solido, ac numo aureo Iustiniani, & aliorum Cæsarum sescupla proportione distingui.

### Ex. §. sequenti.

*Aureus apud Romanos nõ fuit semper eius dẽ pòderis, nec eiusdem bonitatis: quãuis multo tempore fuerit quarta vnciæ pars.*



- 2 Aureus, quo tempore fuerit diminutus ad sextam vnciae partem.
- 3 Aureus dictus est solidus, etiam eo tempore, quo erat quarta vnciae pars.
- 4 Intellectus. l. vnciae. C. de collat. aris. lib. 10
- 5 Solidi aestimatio, & valor.
- 6 Intellectus. l. vnciae. C. de argenti pretio. lib. 10
- 7 Intellectus cap. qui subdiaconum. 17. q. 4.
- 8 Argentei Turonenses, qui fuerint? Et intellectus Clemens. 2. De magistris.
- 9 Intellectus cap. Conquerente. de officio ordinarij.
- 10 Siliquam Accursius falso solidum interpretatur: & quinos solidos decem.
- 11 Solidi aurei in sacris Biblijs: & inibi de scripturis aureis.
- 12 Stater aureus varius vbiq.

## §. Secundus.



ON me latet, rem hanc difficilem esse: cum & in ea viri diligentissimi in varias ierint sententias, quarum modò mentionem fecimus: conabor tamen quibusdam expositis assertionibus huius questionis nodum pro viribus explicare: vt hinc constitutissimum sit, habita ratione temporum vtranq; sententiam defendi posse.

Prima conclusio. Aureus apud Romanos non semper eiusdem ponderis fuit nec eiusdem bonitatis. Prior assertionis pars constat ex autoritate Plinij lib. 33. cap. 3. cuius verba proximo. §. retulimus. Nec hoc poterit negari, nisi ab eo, qui Plinium nusquam legerit. idem tradidit Leonardus Port. lib. 1. de sestertio. Budæus lib. 3. de asse. & Georgius Agricola lib. 1. de monetis, & pretio metallorū. Posterior verò pars iidem ab eisdem probatur: cum ex eis appareat, à Principibus Romanis auro numismatico duodecimā partē argenti, vel eris, quādoq; maiorē

quādoq; minorē mistā fuisse: quēadmodū & hodie fit. His accedit Pōponius Iurisconsultus in. l. Numismatum. ff. de vsu fru. ita enim inquit, Numismatū aureorum, vel argenteorum veterum, quibus pro gemmis vti solent, vsus fructus legari poterit.

Secunda cōclusio. Aureus Romanorum multo quidem tempore fuit quarta vnciae pars. Hæc deducitur ex Plinio in dict. cap. 3. eius etenim tēpore, & sic sub Cæsaribus Vespasiano, & Tito aureus hoc ponderis habuit, vt quarta fuerit vnciae pars. Idem constat ex numismatis à Budæo appensis ad vsque tempora. M. Antoni Philosophi, Aurelij, & Severi. Iulius item Pollux, qui ad Commodū Cæsarem de rerum vocabulis scripsit, testis est, & aureum quartam fuisse vnciae partem. Sunt & Aureliani Imperatoris aurei quidam, qui duos denarios appendunt quorum aliquot hodie extant: vt cōmemorat Georgius Agricola lib. 2. de pondere, & temperat. monet.

Tertia conclusio. Aureus Romanus sub Constantino Imperatore, aut sub Iuliano ita pondere diminutus est, vt sextā effecerit vnciae partem. Hæc propositio nem multis sanè coniecturis, & fortassis certis testimonijs probare quis poterit, si consideret, proximè constitutas conclusiones veras esse. Etenim sub Cæsaribus, qui hos præcesserunt: aureus quarta fuit vnciae pars: ab his verò Imperatoribus vt sexta vnciae pars iudicatur, & expenditur: igitur constat, horum Cæsarū imperio aureorum pondus diminutum fuisse. Quod & Georgius Agricola itidem asseuerat in dict. lib. 2. idem deducitur ex aureorum pretio habita analogia, & proportionē aurei ad argenteos numos: sicuti proximo paragrapho quarta ratione colligebamus, quamobrem satis certū fit olim sub Cōsulibus, & deniq; sub Cæsaribus ante Constantinum, au-

De mone. C 4 reū



reum fuisse quartam vnciæ partem.

Quarta conclusio. Aureus etiam eo tempore, quo quartam appendit vnciæ partem, dictus est solidus tunc primum cum Alexander Seuerus Imperator ex aureo tremisses, & semisses percuti iussit. Ad huius assertionis probationem AElj Lampridij verbis vtar, qui in Alexandro Seuero ita scribit: vectigalia publica in id cõtraxit, vt qui decem aureos sub Helio gabalo præstiterant, tertiã partem aurei præstarent: hoc est tricesimã partem. Tuncq; primum semisses aureorum formati sunt: tunc etiam cum ad tertiam partem aurei vectigal decidisset tremisses, dicente Alexandro, etiam quartarios futuros, quod minus non posset: quos quidem iam formatos in moneta detinuit expectans, vt si vectigal contrahere potuisset, & eosdem ederet. Sed cū non potuisset per publicas necessitates, conflare eos iussit, & tremisses tantum, solidosq; formari, formas binarias, ternarias, & quaternarias, & denarias etiam, atque amplius vsq; ad bilibres quoq; & ceteras, quas Helio gabalus inuenerat, resolui præcepit, nec in vsu cuiusquam versari: atque ex eo his materiæ nomen inditum est cum diceret, plus largiendi hæc esse Imperatori causam, si cum multos solidos minores dare possit, dans decem vel amplius vna forma triginta, & quinquaginta, & ceterum dare cogeretur. Hec Lampridius, à quolibet deducere, aureos, quorum quilibet appendebat quartam vnciæ partem, solidos ex eo dictos fuisse, quod integri aurei essent, nõ semisses, nec tremisses, qui tunc primum percuti finire. Semisses quidem ex dimidia aurei parte, tremisses ex tertia. Sed & sub Alexandro Seuero, aureum etiam habuisse quartam vnciæ partem, cõstat ex proxima conclusione, & ex his, quæ ad eius intellectum adduximus. Item deducitur ex eodem Lampridio, aureos veteres tunc

ex earatione solidos dici ceptos. Nam & hac dictione iuxta significationem istã antè id temporis apud Latinæ linguæ aucthores rarus fuerat vsus. Aureos verò duarum drachmarum ideò minores solidos appellat Lampridius, quod distingueretur ab his, quos binarios: id est quatuor drachmarum: ternarios sex drachmarum: quaternarios octo: denarios viginti: bilibres centum nonaginta duarum: centenarios ducentarum drachmarum Helio gabalus cudi fecerat. Sic Vlpianus, qui sub hoc Cesare Alexandro floruit, in l. Quod vulgo. ff. de AEdili. edi. & in l. Si verò. §. Prator ait. ff. de his, qui deiecer. vel effude. Pratorum, & AEdiliũ vetera edicta referens pro aureis solidos apposuit, ex eo forsan, quod & si eius dictionis nõ fuerit apud veteres frequens vsus: vsi tamen ea quandoq; fuerint veteres prætores, & AEdiles: vel ex ea ratione, quod Iuriscõsultus ipse dictionem tunc in vsum deductam veteri substituerit: cum frequetior sit mentio aureorum in ipsis veterũ Pratorum, & AEdilium edictis.

Eadem ratione, & ipso quidem tempore, quo aureus, siue solidus sextam appendebat vnciæ partem, percuti fuerat aurei numi semisses, & tremisses. Tremissis autem numus aureus tertiam pendebat solidi partem: ita, vt solidus ex tribus tremissibus constaret: tremissis verò ex octo siliquis. Fit mentio de tremissibus in l. 3. C. de militari veste. & in l. i. i. libemus. C. de erog. mil. anno. libr. 12. & in Nouella. 28. & 29. Sed & de solidis aureis Iustiniani, & de tremissibus expressim meminere Gothorũ inclyti Reges, qui apud Hispanos leges olim tulere ante Roderici Regis calamitatem: vt patet ex Foro iuxta maximè lib. 7. vltima. & lib. 8. titu. 4. contextus etenim Latinus illarum legum solidi aurei, passim meminit, item & tremissis numi, eum expendens ad tertiam solidi aurei partem. Ex-  
tant



tant sanè leges istæ & nunc eo quidem sermone, atq; idiomate, quo fuere olim scriptæ: nempe Latino, & rursus è regione Hispano, quo tunc Gothi utebantur, quo & nunc paululum antiquitatis, nouatisq; dictionibus, vtimur.

Quinta conclusio ex premisis hunc in modum deducitur. Quauis aureus à solido, nec re, nec nomine in effectu differat, nec vsquam ei dissimilis fuerit, numus: tamen hic sub Consulibus, & Cæsariibus fere ad Constantinum vsq; maior pondere fuit quam qui sub Constantino & successoribus fuerit postea signatus. Hæc ideò probatur, quòd iã dixerimus, aureũ, etiã ponderis duarũ drachmarũ, & qui quartam habet vnciæ partem, dictum esse solidum. Deinde quia numus hic qui olim appendit quartã vnciæ partem, postea sub Constantino, & Iustiniano sexta fuit vnciæ pars. Qua ratione nos lib. 1. Variarum resolutionum. cap. 11. afferuimus, & nunc constanter afferimus, aureum veterum Iurisperitorũ ab aureo Codicis Theodosiani & Iustiniani ex eo differre, quòd aureus ille vetus quarta fuerit vnciæ pars: aureus autẽ, vel solidus Iustiniani, & aliorum Cæsarium, qui à Constantino imperium obtinere, sextam tantum appenderit vnciæ partem. Arque ideò rem istam obiter tetigisse videntur, qui discrimen hoc hac in controuersia nondum constituere.

Superest nunc his satisfacere rationibus, quæ pro cõtraria sententia fuere adductæ. Non enim obstat text. in dicta. l. quoties. C. de susceptor. præp. & arcar. ea siquidem constitutio edita fuit à Valentiniano, & Valente Cæsariibus, vt cõstat ex lib. 2. Codicis Theodosiani tit. 6. quo tempore aureus, vel solidus iã erat pondere diminutus, maximeq; à veteri dissimilis, quippe qui sexta esset vnciæ pars. Errat ergo, qui eam constitutionẽ Alexandro Seuero, vel Iustiniano tribuẽ

dam esse censent. Non igitur quidquã nostram opinionem diuellit, quòd ibidem solidus sexta vnciæ pars censeatur: sicut Isidorus & alij scripsere.

Secunda ratio ab Antonio Augustino collecta ex. l. vnica. C. de collat. æris. lib. 10. non admodum vrget, quòd ostẽdere conabimur, prius statuentes rationem ipsius inductionis, qua vir ille doctissimus vitur. Is etenim existimat, ab eadem constitutione libras æris viginti solido vno æstimari, atque ideò solidum valere centum viginti sestertios: cũ quælibet æris libra efficiat vigintiquatuor asses semunciales ex quibus cõstituitur valor sex sestertiorum ad rationẽ quatuor assium pro quolibet sestertio: vnde deducitur, solidum ea lege valuisse centũ viginti sestertios: & sic triginta denarios. Hinc sanè Antonius August. existimat, solidum eius fuisse ponderis, cuius fuerit aureus: cũ tanti sit valoris, imò pluris æstimetur. Posset equidem plaris hæc inductio fieri, si vtamur lectione, secundũ quam. d. l. Vnica legitur in. C. Theodosiano libro. 11. titu. 22. l. 2. his equidem verbis.

*Arcadius, & Honorius. A. A. Hilario.*

Æris pratia, quæ à provincialibus postulantur ita exigi volumus, vt pro viginti quinq; libris æris solidus à possessore reddatur. Dat. V. Calend. Ianuar. Mediolani. Arcad. IIII. & Honorio. III. A. A. Et Const.

Hinc vides, Lector candide, iuxta Antonij August. rationem, vnum solidum aureũ æstimari centũ quinquaginta sestertijs: deniq; triginta sepẽ denarijs, quam æstimationem maximè iniquam esse satis constat, si legitima proportio auri ad argentum obseruetur: idcirco non possum ipse mihi persuadere, solidũ aureũ tanti vnquã æstimatum fuisse, vt triginta septem argenti denarios valuerit: id etenim nec memini, me alicubi legisse,

nec



nec Budæus, Alciatus, Leonard. Portius Agricola, ipse uel Antonius Augustinus tantæ æstimationis mentionem fecere. Nam etsi solidus, uel aureus quarta fuerit unciæ pars, ac duas appenderet drachmas, si tantæ æstimeretur, esset proportio auri ad argētum ad rationem unius pro decē, & octo partibus. Quod si solidus constituatur ex sexta unciæ parte, ut ad dict. l. uniam. constituendus est, profectò esset hæc proportio ad rationem unius portionis auri pro viginti & octo argenti portionibus. Quod adeò absurdū est, ut facillimè refelli queat. Sed etsi lectionem communem admittamus, quæ vulgo recepta est, & auctoritatem publicā habet, minimè permittam, nec concedā ex dict. l. unia. adnotari solidum unum valuisse tempore illo centum & viginti sesterios: id est triginta denarios: non enim est credendum, aurum eo tempore, quo maiorem habuit æris, aut argenti portionem, quàm olim habuerit, pluris tunc quàm olim æstimari, cum ei uisisset in Italia penuria. Præsertim hæc æstimatio admittenda non est uel ex eo, quod multum dissimilis sit, & iniqua proportio auri ad argentum, sic sanè non verebor asserere, solidum aureum sub Arcadio & Honorio Cæsaribus nequaquam tanti fuisse valoris, quanti ipse Antonius Augustinus inductione diligenti opinatur.

Ipse uerò coniecturis quibusdam, & his à iustitiæ rectitudine deriuatis cōtendam, solidum aureum, tertia parte veteris aurei diminutum, itidē & tertia æstimationis, ac pretij parte à veteri deficere: qua ratione cum uetus ille aureus ualuerit viginti quinque denarios argenteos, solidos Iustiniani, & aliorum Cæsarum à Constantino, erit æstimandus denarijs argenteis ferè decē & septem: hæc enim æstimatio congruit proportioni auri ad argentum, quæ eo tempore iusta cense-

batur, sicuti nos superius tradidimus. Et probatur in. l. i. C. de argēti pretio lib. 10 ubi libra argenti, quæ constat ex octuaginta quatuor denarijs, quinque aureis solidis æstimatur. Eandem opinionem probauimus lib. 1. Variar. Resoluti. cap. 11. quo in loco deduximus Iustiniani solidū ad hunc, quem modò exponimus ualorem.

Cæterum quod aureus olim haberit hæc æstimationem centum sesteriorum, aut viginti quinque denariorum tradidere Guilielmus Budæus, Alciatus, Georgius Agricola, & alij hanc rem tractantes, nec negat ipse Antonius Augustinus. Sed & hoc manifestū fit ex Tranquillo, in Othone, & Cornelio Tacito, quorū superius meminimus ad probandam eius ætatis proportionem auri ad argentum. Dion item lib. 55. scribit, aureum, quo olim uerebatur Romani ualuisse viginti quinque drachmas argenteas: idem & Xiphilinus in Augusto faterur: uterque sanè id ex consensu Græcorum asseuerans. Sed & quod de denarijs diximus, idem & Leonardus Portius palam & aperte asseuerat. Nam & tot doctissimorum uirorum sententia, qua ualor auri constitutus est ad centum sesterios, etiam cum erat quarta unciæ pars: omnino euerteretur ex dict. l. unia. si Antonij Augustini interpretatio foret admittenda: cum ex ea aureus æstimandus sit centum viginti sesterijs numis, & tamē erat tunc aureus ponderis eius, quod constat ex sexta unciæ parte: idcirco ipse, ni fallor existimarem certius esse, Cæsares ipsos Arcadium & Honorium in tributis exigendis à provincialibus: quolibet æris libram minoris æstimasse, quam ea redacta ad numos æreos publica auctoritate percussos Romæ æstimaretur. Id que factum est, ac fieri potuit, ut provinciales minus grauarentur in exactione tributorum: & inuitarentur ad soluendū

aurum



aurum pro ære, si de æris exacta æstimatione aliquid ea ratione remitteretur: itē quia vilior erat æstimatio æris in provincijs, quàm Romæ, & in Italia. Ex quibus statutum est, vt in tributorū exactio-  
ne, ærisq; collatione satis esset pro vigin-  
ti æris libris aureum solidum conferri. Qui quidem solidus æstimationis erat decem, ac septem denariorum: quia sex-  
tam vnciæ partē pendebat: atque ita pro  
quolibet æris libra soluebantur sestertij  
tres, & ferè dimidijs, secundum ea, quæ  
paulò antè adnotauimus.

6 Huic interpretationi, quam ad dict. l. vnicam. adduximus, accedit & altera cō-  
stitutio in l. vnica. C. de argenti pretio. li-  
bro. 10. qua statutum est, in publicis pen-  
sitationibus posse pro qualibet argenti  
libra quinq; solidos aureos solui. Et est  
hæc constitutio Imperatorum Arcadij,  
& Honorij ad Euthychianum præfectū  
prætorio: extatq; in Codice Theodosia-  
no lib. 13. titu. 2. Nam si solidus quilibet  
æstimaretur sestertijs centum aut centū  
viginti: & sic viginti quinq; denarijs, aut  
triginta: vt censet Antonius August. es-  
set profectò iniqua commutatio, & iniu-  
riosa his, qui tributa soluere tenentur: cū  
pro octuaginta quatuor denarijs, ex qui-  
bus argenti constat libra, soluerent ipsi  
centum viginti quinque denarios: quos  
efficiunt quinq; aurei solidi: aut sanè cē-  
tum quinquaginta denarios iuxta ipsius  
Antonij Augustini æstimationē. Quòd  
si solidus quilibet constans ex sexta vnci-  
ciæ parte, æstimetur, vt æstimari debet,  
decem & septem denarijs ferè, tunc pla-  
nè constat, quinq; solidos efficere octua-  
ginta quatuor denarios, ex quibus libra  
argenti conficitur. Hæc ergo Cæsaram  
constitutio ita intellecta plurimum iu-  
uat eam æstimationem, quam nos con-  
stituimus ad solidum aureum, cuius mē-  
tio fit in codicibus Theodosiano, & Iu-  
stinianæo, ex quo, ni fallor. 2. ratio tollit.

Tertia ratio non oberit nostræ opi-  
nioni, si exactè considerentur conclusio-  
nes, quas hoc in paragrapho constitui-  
mus: Non enim negamus, solidum au-  
reum cuius à Iustiniano mentio fit, sex-  
tam esse vnciæ partem: aureum verò ve-  
terem quartam fuisse vnciæ partem con-  
stanter asseueramus. Iustinianus autem,  
vt moris est apud legillatores, cū vel-  
let veterum Senatus consultorum, præ-  
torum, & Iurisconsultorum responsa le-  
ge noua cōfirmare, aut interpretari mo-  
netam, & numos priorū legum, aureos  
quidem, aut solidos, sui temporis numis  
aureis exposuit, & significauit, licet pon-  
dere fuerint diminuti. Liberū enim est  
hoc legislatori, voluit sanè Iustinianus  
deinceps pœnas legum antiquarum ex-  
pendendas esse ad rationem numorum,  
quibus eius principatu Romani vteban-  
tur. Probatum hoc apud eūdem Iustinia-  
num in §. sed nostra. Instit. de success. li-  
bert. vbi agens ipse Imperator de liber-  
tis Centenarijs Papiam legem referens,  
quæ de centum mille sestertijs loqueba-  
tur, eius quantitatem ad centum aureos  
deducens ita scribit: vt pro mille sestert-  
ijs vnus aureus computetur. Non enim  
voluit Iustinianus, mille sestertios vnus  
aurei tantum æstimationem efficere, id  
quidem falsum esset, siue accipiamus au-  
reum veteris ponderis, siue solidum Iu-  
stiniani, qui est sexta vnciæ pars: sed vete-  
rem summam ad minorem deduxit: vt  
tandem centenarius libertus olim ex le-  
ge Papiæ cētum sestertia in bonis habēs,  
hodie dicatur is, qui centum solidos ha-  
buerit aureos ex Iustiniani constitutio-  
nibus. Atque ita locum illum Iustiniani  
explicarunt Enguinarius Baro ibi: Bu-  
dæus libr. 2. de asse. Alcia. lib. 3. dispūct.  
cap. 9. Antonius Augusti. lib. 2. Emenda-  
tio. cap. 7. sic regia Partitarū lex. 10. tit.  
22. part. 4. eum esse censet libertum cen-  
tenarium, qui habeat in bonis cētum au-  
reos



reos Marauedinos: quos ipse interpretor numos aureos nostra ferè ætate dictos Castellanos, & similes aureo solido Iustiniani, qui sextam appendit vnciæ partem.

Quarta ratio eodem iure tollitur, siquidem leges veteres, quo ad pœnâ aureorum veterum reducuntur ad novos aureos, seu solidos, qui sub Iustiniano Cæfare expendebantur.

Quinta contrariæ opinionis probatio eandem ad sequitur solutionem. Nâ Iurisperitorum responsa intelligenda sunt de veteribus aureis, quorû quilibet quartam habuit vnciæ partem. Decisio verò Iustiniani est accipienda de solidis, & aureis eius temporis, quorum quilibet sextam appendebat vnciæ partem. Hic tamen ex hoc sequitur, aureum veterem & eum, qui sub Iustiniano percudebatur eiusdem ponderis fuisse: siquidem pœnam veterem aureorum, cum hi non essent tunc in vsu, nec eius ponderis percuterentur, transtulit Iustinianus in aureos & solidos minoris pœderis, qui tunc percudebantur, & publicè signati expendebantur. Sic sanè nos fatemur. tex. in dict. §. vlti. In st. de pœna temere litigant. esse intelligendum de solidis, quorum qui libet sexta erat vnciæ pars. Nec in lib. 1. Variar. resolu. ca. 11. contrarium scripsimus. Imò nec vsquam mente cogitauimus, quippe qui palam, & apertissimè aureum veterem distinxerimus à solido Iustiniani, cuius est præcitata decisio, & Iustiniani solidum non semel sextam vnciæ partem fecerimus.

Sexta ratio poterat profectò vrgere aliquantulum, si in dict. ca. qui subdiaconum. mentio facta fuisset de aureis, cum in lege Regia partitarum eadem decisio sermone Hispano sub mentione, & nomine solidorum expessa fuerit. Etenim tunc probaretur, aureum, & solidum idè esse, & hos numos eiusdem pœderis sui

se. At cum in dict. cap. Qui subdiaconum. de solidis mentio fiat: sicuti & in dict. l. Regia. nullo quidem modo probatur illic, aureum, & solidum eiusdem ponderis fuisse. Præsertim quia fortassis hæc in ductio ad aureos non pertinet, nec ad solidos Iustiniani. Nam solidi, quorum in hac specie mentio fit in dict. c. Qui subdiaconum, aurei non erant, sed argentei nec erant tanti valoris, & pretij, quâti censerentur solidi aurei Iustiniani, & aliorum Cæsarum, quorum constitutiones referuntur in Codicibus Theodosiano, & Iustinianæo. Ad hoc verò probandum summe adnotandum est, Gratianum in dict. cap. qui sub diaconum. 17. quæst. 4. decretum illud adsumpsisse ex Iuonis Carnotensis decretorum libro, qui & id deduxerat ex lib. 5. Capitulariû. Sicuti constat ex lib. 8. Iuonis tit. de eo, qui clericum interficit. Liber autè Capitulariû, vt & hoc obiter explicemus, cum à Gratiano sæpe fiat eius mentio, continebat leges quasdam à Carolo Magno latas de rebus Ecclesiasticis: vt inquit Francis. Balduinus in prolegomenis. pagi. 120. huius libri seriem & rationem diligentissimè expendit Carolus Molinæ. in Commentarijs ad edictum Regis Gallorum Henrici Secundi, pag. 5. vbi inquit, se ipsum librum hunc legisse, & Angelisum Abbatem quatuor libellos quodam certo ordine distinxisse ex capitularibus Carolo Magni, Ludouici Pij, & Lotharij. quorum duobus primis leges, de rebus ecclesiasticis refert. Idem scribit Rhenanus in adnota. ad Tertullianum lib. de Corona militis. hoc ipsum palam asseuerat Trithemius de scriptoribus Ecclesiæ. qui testatur hos Angelisum libros se ipsum legisse, & vidisse. Sed & in hac specie, qua tractamus, Burchardus Vuormatiens. Episcopus. lib. 6. Decre. cap. 5. refert ex concilio apud Theodonis villam habito. ca. 3. Decretum quoddam, quo misericors ad modum,



modum, & benigna censetur pœna prædicta per Caro. Magnum in capitularibus statutis: & idem ea ibidem augetur, ut pro homicidio subdiaconi Episcopo solvantur pro cōpositione. 400. solidi. pro homicidio diaconi. 600. solidi: pro homicidio presbyteri. 900. pro homicidio Episcopi duo mille, & 700. Rursus idem Burchard. cap. 6. adducit decretum concilij Prouincialis Triburien. quo eadem augetur pœna, aut pecunia pro cōpositione soluenda Episcopo, saltem quo ad homicidium presbyteri, & Episcopi. Nam pro homicidio presbyteri Episcopo soluendi sunt mille, & ducenti solidi: pro homicidio autem Episcopi triplex redditur hæc compositio: nempe soluuntur ter mille, & sexcenti solidi. Hinc ipse conijcio aliquot rationibus, hos solidos non esse aureos nec similes his quorum meminit Iustinianus. Primum, quod annis ferè tercentum post Iustinianum tam varia imperij Romani mutatione non est ad modum veritati consonum, eosdem aureos solidos percuti publicè, & expendi. Deinde quia in cōcilio precipitato apud villam Theodonis misericors admodum existimatur punitio capitulariū Caroli Magni, quæ certè non esset quoad pecuniarîa cōpositionem: si solidi illi aurei, & veteres censerentur: maximè quia præter aliâ iudicij secularis punitiōem pecunia in dictis canonibus definita pro cōpositione soluitur Episcopo, ut homicida ad pœnitentiâ, & absolutiōem admittatur, quæ ex causa satis grauis est pecuniæ definitæ solutio, etiâ si de solidis argenteis intelligatur. Et præterea cū capitularia Caroli Magni, de numis Gallicis, & Germanicis sit intelligenda, non conuenit ratio aureorū solidorū Iustiniani apud eas gentes, quæ tunc maxima ex parte ab imperio Cæsariū, qui Constantinopoli sedem habuerant, ad Fræcorū reges, & alios descuerant. Sed in legibus Salicis, quæ apud Francos

veteres admodum, & antiquæ censerentur metio sit solidorū, quorū valor, & pretiū ex denarijs æstimabatur auctore Rhénano lib. 2. rerū Germanicarū: quo in loco distinguitur Solidus duodecim denariorum à solido, quadraginta denariorum.

Ex Gallicis autem numis solidos ipse Turonicos, aut Turonenses meminisse expendisse apud Budæum lib. 5. de asse, hac habita ratione, ut quilibet solidus Turonensis, qui ex argento, & ære mistis ut conijcio, percussus est, valeat duodecim denarios Turonenses. Septem autem solidi Turonenses à Budæo æstimantur didrachmo veteri: & sic duobus argenteis denarijs Romanorum: quia Budæus denarium, & drachmā idem esse semper censuit. Hic igitur solidus Turonensis æstimari poterit apud nos tertia vnius argentei numi Regalis parte: deniq; paulo minus: nempe ex eo quod iuxta Budæi sententiam septem hi solidi efficiant apud Callos æstimationem duarum drachmarum, quæ apud nos constant ex duobus iustissimi ponderis argenteis, quibus aurifices, & fabri argentarij viuuntur ad pœdus, quorum quilibet aliqua ex parte maior est numo argenteo regali, quem in cōmutationibus expendimus. vnde perperdere licebit quemlibet ex ijs solidis Turonensibus valere nostros æreos vulgares maruedinos decem. Denarius verò Turonen. minoris valoris est, quam noster hic numus æreus, maruedinus vulgo dictus. Quamobrè poterit non temerè ad hos solidos Turonenses deduci decisio à Gratiano ex capitularibus tradita in d. c. qui subdiaconū. Forfan & ad eosdem referenda est cōpositio, quæ solutis certis solidis iniungitur in. c. cū deuotissimā. r. 2. q. 2. Ex epist. Greg. Papæ. 3. lib. 4. ad Constātiā Reginā Galliar. Cuius item meminit Burchardus lib. 1. c. 2.

Percussi etiā olim fuere Turonis numi argentei, dicti Turonē. argentei, quo  
De mone. D rum



rum mētio fit in Cle. 2. de magist. ad cōstituendum modum expēsarum, & sumptum, qui fieri solebant in dignitate doctorali suscipienda. Hi numi variē quidem ab interpretibus æstimantur, sed in extraua. prima. de censibus inter cōmunes. §. Porro. ita examinantur, vt duodecim argentei Turonenses efficiant Florenum Florentinum aureum. Hic tamē Florenus Florentinus aureus maior videtur octaua ex parte Floreno Aragonio ex. l. 62. Henrici regis Secundi Tauri statuta æra. M. ccccviij. At Florenus Aragonius octo ferē valet argenteos numos regales Castellanos: ex quo, & ex his, quæ simul tradidere Barto. in. l. Paul. ff. de solut. col. 1. & Alciatus lib. 3. dispūctio. c. 9. poterit Florenus prædictus Florentinus nouem argenteis numis Regalibus Castellanis æstimari. Sic sanē argenteus Turonensis, cuius mētio fit in dict. Clem. 2. erit minor ferē quarta ex parte numo argenteo regali Castellano, qui drachmam argenti appendit: qua ratione vndecim ferē argentei Turonenses efficiunt vnam argenti integram vnciā: & ideò quilibet Turonensis argenteus estimabitur viginti quinq; nostris æreis maravedinis. idcirco Panor. in dict. Cle. 2. tria millia Turonensium argenteorum, de quibus illic traditur, ad ducentos, & quinquaginta Florenos de camera deducit existimans, hanc esse veram illorū æstimationem. Quamobrem iuxta illā constitutionem nemo poterit in doctorali gradu, & honore adipiscendo expendere vltra ducentos simplices aureos, & ducatos Castellæ, quorum quilibet vndecim numis argēteis regalibus estimatur.

Quod si quis solidos capitulariū Caroli Magni, de quibus in dict. cap. qui sub diaconum. interpretari velit argenteos Turonenses: non admodum refragabor. Nam & tūc satis sufficiens erit cōpositio.

Solidi autem, quorum mentio fit in

cap. vlti. de rerū permut. nō sunt ad solidos Iustiniani, nec ad aureos veterū Romanorum referendi: sed ad solidos Vngaricos argenteos, vt opinor, qui percussifuerunt Regis Vngariæ autoritate: & ideò in dict. cap. vlti. Solidi regales dicuntur, vt inde nō temerē opinemur, eos numos non esse veteres Romanorum: nec Imperatorum autoritate, imò Regia fuisse percussos.

De his solidis, qui referuntur in ca. cōquerente. de offi. ordi. maior est dubitatio. Siquidē glo. in. c. Placuit. 10. q. 3. scribit, solidos illos pares esse, & similes aureis, & solidis Iustiniani. Quod mihi multis ex causis placet. Primò, quia Bracharēse concilium secundum in quo statuitur, Episcopos nomine cathedralici non posse exigere vltra duos solidos à qualibet Ecclesia. cap. placuit. modò citatum celebratum fuit sub rege sueuorū Theodemiro, & rege Gothorū Athanagildo, anno Dñi. D. lxxiij. vt constat ex D. Isidoro in Historia Sueuorum, & Gothorum, vt interim, & obiter admoneam lectorē in libro Conciliorum, qui vulgo circūfertur, tempus celebrati huius concilij Bracharensis vitio erratū esse. Est enim inibi ita scriptum. Anno Secundo Regis Ariamiri A Era. DC. X. sub Honorio papa primo. Est equidem ita legēdum. Anno Secundo Regis Theodomiri A Era DC. II. sub Ioanne Papa Tertio. Cuius rei testis est diuus Isidorus, isq; maximæ autoritatis author illis tēporibus proximus, qui in historia Sueuorū scribit Theodorum cœpisse regnare anno Dñi. D. LXIII. Et cū eius Regis Secūdo anno cōgregatū fuerit hoc Bracharēse Cōciliū secundū, apparet, eius certū tēpus tribuendū esse anno Dñi. DLXIII. A Ere DC. II. quo tēpore summū Pontificatū obtinebat Ioānes Tertius. Nā Honorius electus est multo post anno quidē Dñi DC. XXII. Hoc autē Bracharēse cōciliū iuxta



iuxta hanc rationem plane contigit Iustiniāni Cæsaris ætate: & ideo mirū non est quod ad eius numos: id est ad solidos aureos referatur. Secundò, quia hæc eadem decisiō de duobus solidis ab Episcopo exigendis pro iure cathedralici traditur à Gratiano in c. inter cætera. 10. q. 3. Ex concilio Toletano quarta, seu potius ex concilio Toleta. septimo. cap. 4. ut admonuit Anto. Demochares, quod concilium celebratum est anno Dñi. DC. xlvj. quo tempore, ac postea Reges Gothorū utebantur proprijs in legibus, & constitutionibus solido, aureo Romanorum: quemadmodū iam semel admonuimus & modò iterum admonemus ex Foro juzgo lib. 7. cap. vlti. & lib. 8. titu. 4. Tertio. ex eo in hanc accessimus sententiam quòd sub Iustiniāno Pelagius Papa primus paulò ante hoc Bracharense concilium statuerat, duos tantum solidos exigendos esse ab Episcopo iure cathedralici: ut apparet ex. c. illud. & cap. vlti. 10. q. 3. de quo est sanè constituendum eum intellexisse de solidis aureis, quibus eo tempore Romani, apud quos summum agebat Pontificem, utebantur, & de quibus leges tunc latæ, ab imperatoribus erant intelligendæ. Quod non latuit virum illum doctissimum Martinum Bracharensem Episcopū, qui huic præfuit Secūdo Bracharensi concilio, quiq; à Pelagij papæ decreto canonem Concilij deduxit.

Septima ratio ad leges Fori Castellani pertinet, quarum autoritas pendet ab usu, & praxi, iuxta quam varia semper fuit in hoc regno solidorum æstimatione. Sed & apud leges istas hac in specie nihil aliud legimus, quam quòd pœna legibus Romanorum statuta sub aureorum mentione, sit item repetita sub eadem solidorum quantitate, quod & Iustiniānus<sup>10</sup> fecit, & fecere viri illi doctissimi, qui partitarum leges Alphonfi decimi iussu & autoritate concinnarunt. Nec tamē id

opinionem Budæi refragatur: quemadmodū dū superius adnotauimus, & statim repetemus. Præfertim, quia Regia lex partitarum. 12. tit. 9. par. 7. dū leges illas de sepulchro violato refert, non appellauit aureos Iuriscōsultorum solidos, sed maravedinos aureos, lex autem. 14. tit. 13. part. 1. statuit non minoris æstimandam iniuriā sepulchri violati, quā centū marchis: cū de centū aureis hoc ipsum dixerit. l. 3. ff. de sepulc. viola. & d. l. 12. tit. 9. par. 7. quod discutere conabimur inferius.

Octauæ rationi responsurus illud profectò præfabor, me multū in qualibet dubia concertatione Accur. Bar. Bal. & huiusce classis authoribus tribuere, quoties de perscrutando verò iuriscōsultorum sensu, aut de cognitione earū dictionū, quæ huius nostræ professionis propriæ, & peculiare cęsentur, agendū sit. At ubi de veterum latinarū dictionum interpretatione tractetur, existimo nō ita certā esse eorum autoritatē. Tēporis siquidē vitiū fuit, non ita propriè ab his authoribus aliquot latinæ linguæ dictiones acceptas fuisse. idcirco cū hac in parte tractemus de veterum numismatū pōdere & æstimatione potius credendū erit Græcæ, & Latinæ linguæ eius temporis vetustissimis scriptoribus, & nostræ ætatis hominibus, qui magno cum labore collatis veterib⁹ numis rem istā diligentissimè explicarunt. Quòd si quis de verborū significatione credendū omninò Accursio, Bartolo, & alijs cęsuerit, planè percipiet ex Budæo, Alciato, Nebris. Ant. Augusti. & his similibus, quot passim errores illi necesse sit probet, & admittat. Quis enim ut interim alia omittamus, crederet Accursio? qui in. l. vnica. C. de argēti pretio. libro. 10. quinos solidos aureos in collatione pro singulis argenti libris soluendos decem interpretatur, maximo, & ferè puerili errore ad intellectū ipsius constitutionis plurimum cōducente: cū

Demone. D a illic



illic quinque; potius solidi fuerint intelligendi. in eodem errore labuntur ipse Accur. in. l. nã & si fur. §. vlt. ff. si cert. pe. in. l. si ita stipulatus fuero, si Titius in prin. ci. ff. de verb. oblig. in. l. vt agendi. C. de cursu publico. in. l. qui textrini. C. de muregulis. lib. 1. in. l. sciendum. ff. de leg. idem Accur. in Procemio Digestorum verb. denarũ. & in. l. stipulatio ista. §. Eũ qui ita. ff. de verb. obli. Alberi. & Ias. in. l. vlti. ff. de in ius vocan. Bar. in. d. §. Eũ qui ita. quo in loco scribit, etiã in legibus pœnalibus dena viginti significare: quod adeo manifestũ esse censer, vt nulla indigeat benigniori interpretatione. Sic sane Bar. lege lata, vt bini digiti amputetur falsi crimen committenti, facillimè iudicaret, quatuor digitos illi fore amputandos. Qua ratione ob errorem grauissimum in re ferè elementaria quis contra legem duos admitteret digitos.

Quis itè obsecro ferat? hac in re præ iudicium facere opinionem Accur. in. l. vnica. C. de imponẽd. lucra. descrip. quẽ illic perperã Pyrrhus sequitur, dum siliquam solidũ interpretatur: cum siliqua fit solidi vicesima quarta pars: sicuti ex adnotatis superius deducitur: atq; in specie probant Budæus lib. 5. de Assẽ. idem in. l. qua vulgo. ff. de AEdili. edi. Alcia. in. l. frumenta. ff. de verb. signifi. Anto. August. lib. 2. Emenda. c. 8. & ca. 9. Georgi. Agrico. lib. 5. de ponde. Etenim cũ solidus habeat drachmã vnam, & scrupulũ, planè constat siliquã, quã est sexta scrupuli pars, esse vicesimã quartã solidi partem. Nã & drachma decem, & octo siliquas appendit, & sic tria scrupula. idẽ explicat eleganter ~~C. de muregulis. de cõtractibus. q. 1. nu. 64. & 68.~~ hoc ipsum & Isidorus scripsit, cuius mentionem fecit idem Accursius in authen. nullum credito. agrico. colla. 5. verbo. Solidũ. vt hinc magis miremur viso eo authore Accursium toties hallucinatum fuisse. Ex qui-

bus itidem intelliges quanti sit æstimanda siliqua aurea in authen. Sed hodie. C. de episco. & cleri. & in authen. de sanctissimis episcopis. §. Sportularum. erit equidem vicesima quarta pars aurei numi Castellani, cuius speciali hoc nomine superiorius meminimus: atque idẽ siliqua numus aureus æstimabatur nostris viginti æreis maravedinis. Hæc longius adduximus, quam ab initio constitueramus vt admoneremus, numismatum & veterũ Latinarũ dictionũ interpretationẽ non ab Accursio, & eius adfectis, sed ab alijs probatissimis authoribus petendam esse. Cui rei, & negotio: egregiã dedere operã quo ad iuris ciuiliũ libros Guiliel. Budæus, Alcia. Zasius, & hoster Nebrissen. & Anto. Augustinus, atq; alij pleriq;.

Nona ratio facillimè tollitur: siquidẽ viri doctissimi, qui Partitarum leges edidit, sequuti Iustinianum, eiusq; constitutiones, quibus solidus sexta vnciã pars censetur, omnes veteres aureos absq; vlllo discrimine pares fuisse solidis Iustiniani existimarunt. At idẽ veteres leges, & Iurisconsultorum responsa, quibus mentio aureorum facta est, ad monetam deduxere eandem, nempe ad aureos maravedinos, vnde non magis obstant Partitarum leges, quàm Iustiniani responsa. Nam etiam si conditores legum Regiarum notã habuissent distinctionem veterum aureorum ab his, quorum meminit Iustinianus: attamen videtur veteres aureos in huius Regni numos itidem aureos tunc vsui publico percussos cõmutasse: quemadmodum fecit ipse Iustinianus. Quod si viri illi eruditissimi opinati sunt, eiusdem ponderis fuisse veteres aureos & Iustiniani solidos, seruabimus in hoc regno eorum sententiam regia auctoritate diffinitã in iudicijs, & alijs actionibus: non tamen inde certum erit, aureum veterem sextam, vt Iustiniani solidum, fuisse vnciã partem. Cũ ha-

rum



rum legū authoritas extra Castellæ Regnum minimè sit admittenda: nec ex ea iure possimus Budæum, Portium, Alciatum, & Agricola conuincere. Non tamen prætermittā in hoc ipso libello aliā regiarum legum interpretationem quā tum ad numismatum æstimationem distinctiùs tradere, quippe qui videam operæpretium me facturum, si huic negotio operam qualemcunq; præstiterim: vel in hoc, vt doctiores ansam hinc capiant rem istam in publicam vtilitatem diligentius tradendi, & examinandi.

Igitur oportet Iurisperitorum veterum responsa, & Iustiniani constitutiones aliorumq; Cæsarum cōstituta ratione temporum omnino distinguere ad propriam, ac veram aureorum, & solidorum æstimationem. Sic Budæus lib. 5. de Assē, hanc aureorum, & solidorum differentiam testatur, se deprehēdisse appē<sup>12</sup> sis aureis numismatis Cæsarum ab Augusto Octauiano ad Commodum, & Mamæam Alexandri Seueri matrē, quæ quartam appendebant vnciæ partē: rursus aureis numis Constantini Magni, Iuliani Magnentij, & Iustiniani, quorum pondus sextam efficiebat vnciæ partem Sic sanè aureus qui fuit temporibus Iustiniani, subscuplus fuit ad antiquū aureum. Et tertia parte minor, qui in Codice Iustiniani solidus vocatur, teste Francisco Connano lib. 2. Comment. cap. 9.

11 De aureis item solidis mentio fit in sacra scriptura. 1. Paralipomenon cap. 29. Polliciti sunt itaq; principes familiarum & proceres tribuum Israel. Tribuni quoque, & Centuriones, dederuntq; in opera domus Domini auri talenta quinque millia, & solidos decem millia, de eadem re tractans Iosephus lib. 7. antiqui. c. 15; inquit, oblata sunt auri quidem talenta quinque millia, & stateres decem millia. Etenim qui solidi in sacris biblijs dicuntur à Iosepho stateres appellantur: vt planè

intelligamus, solidos istos aureos fuisse quatuor drachmarum: nempe siclos Hebræos Sanctuarij, de quibus superius in cap. 2. latiore mentionē fecimus. Nā licet Atticus stater didrachmus fuerit, frequentius tamē stater non tam numus est, quā pondus quatuor drachmarū, quod ex Cleopatra, Epiphanio, Hieronymo, & Hesychio adnotauit Georgius Agricola lib. 2. de externis ponderibus. Idem probat Budæus lib. 4. & 5. de Assē. Solidus igitur hic sacrorum bibliorum erit quatuor drachmarū, & idem qui ab Hebræis siclus dicitur: atq; ideo stater hic seu solidus aureus appēdit nostros quatuor aureos drachmas ferè, quos Ducados senzillos dicimus. Stater verò & argēteus, & aureus fuit: cū certum pondus & saxe eius ponderis numus significet.

Erat & olim aureus numus stater Croesus dictus, cuius pondus par erat numo aureo, & stateri Darico, quæ duas drachmas habuisse, superius ostēdimus. Croesus igitur aureus duarum drachmarum Atticarum pondus habuit: sicuti ex Aristophanis interprete probat Georgius Agricola lib. 2. de pondere monet. Quæ ratione Croesus hic par erit aureo veteri Romanorū, & auro nostro duplo: quæ vulgus Doblion appellat.

Stater item Cyzicenus aureus numus erat: qui valebat viginti octo drachmas Atticas argenteas: vt apparet ex Demosthenis oratione ad Phormionem: idcirco habita proportione auri ad argētum probari videtur, aureum istum appendisse duas drachmas, & dimidiam, ac fortasse plus ad rationem vnius drachmæ auri pro decem argenti: quod ferè Budæus, & Agricola fatentur.

Eiusdem ferè ponderis erant auri, seu stateres Macedonici, & Regum, qui Alexandro Magno successerunt: vt idem Agricola censet lib. 2. de pondere monetar. Budæus tamen lib. 5. de Assē testatur.

De mone. D 3 tur,



tur, se vidisse numum aureum Lyfima-  
chi Regis, quem non potuit appendere,  
& tamen suspicatur, eum quatuor drach-  
marum pondus habuisse.

Illud sanè prætermittendum non est  
quandoq; aureum staterem quo ad pon-  
dus quatuor drachmarum, dictum esse  
eiusdem ponderis numisma. Quin & mi-  
næ, hoc est libræ pondus, dictum fuisse  
staterem, scribit Iulius Pollux de rerum  
vocalibus, vt quidam interpretatur. Ipse  
verò cæseo, minam, & libræ, & numi no-  
men fuisse: atque ideò apud Pollucem mi-  
na, vt numus, stater dicitur, quod Ludo-  
ui. Cælius adnotauit lib. 6. lectio. antiq.  
cap. 2. qua ratione stater aureus minam  
æquabat, & vterq; numus erat. Sic & Io-  
sephus lib. 2. antiqui. cap. 3. argenteos nu-  
mos, quorum mentio fit Genesis cap. 37  
minas appellat, intelligēs, vt opinor, sta-  
teres argenteos quatuor drachmarum:  
& sic Sanctuarij siclos Hebræos.

## Ex. Cap. sequenti.

- 1 *Argenti libra, qualiter intelligatur?*
- 2 *Auri libra, quo nã modo æstimetur in iure?*
- 3 *Libra quandoque nõ pondus, sed numus est.*
- 4 *Sestertium generis neutrius expenditur, ali-  
quotque loquendi modi traduntur.*
- 5 *Talenta varia examinantur ad rationem  
valoris, & ponderis.*

Qua nam ratione sit  
examinanda libra in iure.

### Cap. IIII.



V A N D O Q V E  
legibus auri, vel argenti li-  
bra iure multæ indicitur,  
aut ratione pœnæ ob cri-  
men aliquod exponitur:  
quod passim constat: & ideo oportet in-

quirere, qualiter sit in hisce legibus libra  
æstimanda, & expendenda. Etenim vbi  
libra, vt pondus auri, vel argenti, indici-  
tur, erit referenda in tot argenteos dena-  
rios, vel aureos numos, quot Romana le-  
ge, Regia, vel prouinciali ex duodecim  
vncis auri, vel argenti percutiuntur.

Quæ quidem ratio facillimè haberi po-  
terit ex his, quæ hoc in tractatu tradidi-  
mus. Sic sanè est interpretanda decisio.  
l. 2. C. de episco. audi. l. ab executione.  
C. quorū appellat. nõ recip. quibus equi-  
dem legibus temerè appellati pœna im-  
ponitur quinquaginta librarum argenti  
& quandoque centum indicta est. l. ciui-  
tas. C. de officio rectoris Prouinciæ. Ar-  
gēti etenim libra quilibet duodecim vn-  
ciarum æstimatur nonaginta sex numis  
argenteis Regalibus iustissimi ponderis:  
nempè drachmalibus: aut centum ex  
his, qui publica, & Regia percussi autho-  
ritate in commutationibus expenduntur:  
quemadmodum ex cap. 2. deduci facilli-  
mè poterit.

Eodem pacto est accipiēda pœna tri-  
ginta librarum argenti, quæ sacrilegis in-  
fertur in cap. quisquis. 17. q. 4. Ex Ioāne  
Papa octauo, & Iuone Carnotensi lib. 2.  
titu. de sacrilegio. Quauis in hac specie  
quia hæc pœna indicitur ex argento pu-  
rissimo, quod vulgo Plata accēdrada di-  
cimus, maior erit æstimatio faciēda cu-  
iuslibet argentei numi: cum hi numi, qui  
bus vtimur in commutationibus, etiam  
si argentei sint, habent tamen aliquam  
æris partem admistam.

Ex his, etiam constat interpretatio. l.  
Properandum. §. sin autem vtraq;. C. de  
iudic. & l. vnicæ. C. de ratio. oper. publi-  
co. quibus constitutionibus pœna inflig-  
itur librarum auri certo quodam distin-  
cto numero. Etenim quælibet libra ex  
his referēda in septuaginta duos solidos:  
seu aureos numos Iustiniani, vel quadra-  
ginta octo aureos veteres Romanorū:

aut



aut duplos aureos in his regnis signatos auctoritate Regum Catholicorum Ferdinandi, & Elisabeth. Hoc ipsum notandum est ad l. Si quis sepulchrum. C. de sepulchro violat.

Quandoq; libra non pondus, sed numus est, qui hoc nomine censetur: aut sane hoc libræ nomine paucorum numismatum numerus significatur. Quod Budæus explicat lib. 4. de Assè.

Ex quo refert Carolus Molina. de contractibus. q. 100. num. 781. Circa tempora Iustiniani libram staterem fuisse auream non magni ponderis: atq; inde deducit, etiam olim libram fuisse numeralem longè minorem iusta & ponderali duodecim vnciarum. Quod inde forsitan procedit, quia Iulio Polluce auctore, cuius in cap. præcedenti meminimus, stater aureus mina dictus sit: minam autem Græcam dictionem pleriq; libram Latine interpretantur: tametsi ad exactam libræ, & minæ rationem discrimen sit inter hæc duo pondera constituendum: sicut probat Georgius Agricola libro de ponderib. & mensuris. Quamobrem stater pondus quatuor drachmarum libra dici potuit, & ea ratione numerus quatuor drachmarum auri, & numus item aureus quatuor drachmarum dici potuit tunc libra numeralis. Quod mihi admodum arridet ad plerasq; Iustiniani Codicis leges intelligendas: præsertim ubi pœna grauisima videri potest, si auri libra ad rationem duodecim vnciarum iudicetur. Hinc deniq; existimat Carolus. l. vlti. C. de cupressis libro. 11. non de libra auri ponderali, & sic duodecim vnciarum, sed de libra auri numerali, aut numaria fore intelligendam. Statutum enim est in dict. l. vlti. Quod plantanti singulas nouellas cupressi luco Daphnési, vel littore Antiocheno dentur, singulæ auri libræ: qui verò vel vnâ cupressum è sylua tulerit, in pœnâ quinquaginta libras

auri soluat. Nam si auri libra illa ponderalis intelligatur quæ septuaginta duos solidos aureos appendit, nulla esset nec pretij, nec pœnæ proportio: qua ratione videtur, non esse hanc constitutionem intelligendam de libra ponderali, sed de numerali, vel numaria: quanuis incertum nobis sit, quanti hæc fuerit pretij, vel æstimationis: siquidè quod de libra auri quatuor drachmarum diximus, non est ita certum, nisi eam sententiâ ad librâ quis retulerit, quam explicuimus in vltimis præcedentis capituli verbis. Id equidem admonemus obseruandum esse ad plures leges iuris ciuilibus, quarum aliquot in initio huius capituli tradidimus: item & ad l. addictos. C. de episco. audient. Sunt tamen qui in dict. l. vlti. C. de cupressis. nõ quinquaginta libras, sed quinq; libras auri legant: idq; magis conuenit. l. 1. C. eo. tit. atque ita in Codice Gregorij Hloandri legitur.

Apud Gallos in vsu est, & à quingentis annis in vsu fuisse legitur libra numaria, quæ valet viginti solidos Turonenses, quorum quilibet valet duodecim denarios Turonenses: vt scribit Carolus Molinaus in dict. quæst. 100. nume. 781. Septem autem solidi Turonenses didrachmum efficiunt, vt ex Budæo explicuimus in cap. præcedenti. §. vlti. nume. 7. atque ideo hæc libra numaria, quæ valet viginti solidos Turonenses, valebit sex regales numos argenteos, quos drachmales esse apud nos probauimus in cap. 2. aut paulò plus propter ponderis diminutionem.

Andreas item Alciatus libro. 3. disputatio. cap. 9. alterius Italice libræ numeralis meminit, quæ nostris conuenit centum æreis Maruedinis, scribit etenim, sestertium neutrius generis valere centum libras monetæ Bononiensis, aut Italice. Hoc autem sestertium valet, & iuxta propriam eius æstimationem continet mil-

De monc. D 4 le nu



le numos sestertios: vel ducetos, ac quin-  
quaginta denarios. Vnde prædicta libra  
valet duos denarios & dimidium, sic fa-  
nè decem numos Sestertios.

Habent & Valentini in Hispania Tar-  
raconensi suam numariam, & numera-  
lem libram, qua passim vtuntur. Quæ  
quidem libra valet viginti solidos idè  
Valentinos: quorum quilibet valet decem  
& octo æreos nostros Maruedinos. Id  
circo valet hæc libra decem regales nu-  
mos argenteos, quibus modò vtimur, &  
viginti æreos Maruedinos. Poterit q; li-  
bra ista æstimari decem argenteis drach-  
mis, & dimidia.

Ceterum quod modò diximus, sestertium neutro genere valere mille sestertios numos, probatur à Guilielmo Budæo aliquot authoritatibus libr. 1. de asse: eiusdè sententiæ sunt Leonardus Portius libr. 1. de sestertio. & Alciatus libr. 3. dispunct. cap. 9. & libr. 5. Parerg. capi. 27. Quamobrem sestertium neutrius generis valet, ac appendit ducentos quinquaginta denarios argenteos Romanos: atque ideò apud nos æstimabitur decem milibus æreorū Maruedinorum, seu quadrantum, quibus vtimur. Erit autem pōderis Marcharum quatuor, & dimidiæ, atque insuper vnciæ dimidiæ. Sed Georgius Agricola libr. 2. de pondere & temperat. moneta. existimat, sestertium neutrius generis non differre à sestertio masculini generis, atque ideo sestertia eiusdem valoris esse censet, cuius sunt & sestertij: vt planè secundum hanc opinionem sestertium fuerit quarta vnus denarij pars. Et profectò is autor iure videtur dissentire à Budæo, dum is censet, sestertium ita dictū esse genere neutro, quod duas efficiat argenti libras, & dimidiam nempè ducentos, ac quinquaginta argēteos denarios. Nam libra non constat ex centum denarijs, nec adhuc ex centum drachmis: quæ admodū ipse Agricola di-

ligentissimè omnium ostendit libr. 4. de ponderibus Romanis, nisi quis velit deductionem Budæi probare ab ea opinione, quæ denarium ferè drachmæ æqualè facit, ac deinde libram cētum drachmis constare: quæ quidem sententia defendi nequit, si rem exactè ad propriam rationem, & verum pondus deducamus. Quod si res ista sit ad pōdera nō ita exactè æqualia referenda, poterit ipsa Budæi deductio admitti, aut tandem asseuerabimus sestertium ita dictum fuisse, quod constet ex ducentis denarijs, & dimidia alteriuscētarij parte: quasi habeat duos centenarios numeros, & dimidium. Sed & his omisis nos potius admittimus discrimen à Budæo traditum inter sestertia, & sestertios, vt tādè sestertium generis neutrius mille sestertios, aut mille numos complectatur argenteos, quorū quemlibet ad valorem decem Maruedinorum superius constituimus. Hæc verò æstimatio constat ex multis veterum authorum locis, quorum aliquot hoc in loco subijciam. Nam præter Plutharchū in Fabio Maximo, & Martialem libr. 1. Epigrammate de Gauro in Prætorem apud Ciceronem actione. 3. in Verrem, ducenta quinquaginta sestertia dicuntur semel, quæ paulò antè significata fuerant ducētis quinquaginta millibus sestertiorum. Repente, inquit, recitatur vno nomine sestertium ducenta quinquaginta millia iussu prætoris data, de eadem pecunia reddita à Verre Paulò pōst loquutus inquit, numerantur illa ducenta quinquaginta sestertia Syracusanis. Ad hoc ipsum & Tranquillus in Othone inquit, ante paucos dies pro impetrata dispensatione seruo Caesaris decies sestertium excusserat. Hoc subsidiū tanti cepti fuit, ac primo quinque spiculatoribus cōmissa res est, deinde decem alijs, quos singuli binos prodixerant: omnibus dena sestertia representata, & quinquaginta promissa:



mesma summa de libras de oro puso la nouella de Iustiano en este caso in authen. vt liceat matri, & auia. §. quia vero el. 2. y si hemos de seguir la estimación de la libra de oro que haze Iustiano in. l. quoties. C. de susceptorib. & arcar. que es cada libra en setenta y dos sueldos de oro, o Castellanos: montan estas cient libras de oro siete mill y duzientos Castellanos de oro: porque la ley de las partidas se ha de entender conforme a la ley que traslado: la qual se entiende de las libras Romanas de a doze onças y setenta y dos castellanos cada vna: de manera que la dicha ley esta conforme a esta cuenta clara quanto a la cantidad que quiso limitar.

La segunda illacion toca a la. l. 14. tit. 13. part. 1. donde tratando de la injuria hecha a los sepulchros, y enterramientos, como se ha de estimar, dize q̄ el juez no la estime menos de cient marcos. Esta ley esta sacada de la. l. 3. §. si nemo erit. & §. qui de sepul. ff. de sepul. viol. y alli se pone esta pena en ciēt aureos, y no en ciēt marcos, en lo qual ya mucho

pues esta claro, que cient marcos ora sean de oro, o de plata, son mucho mas que cient aureos. por tanto se ha de aduertir a esta variedad de la ley de la partida, y a que la ley 12. titu. 9. parti. 7. poniendo al mesmo delicto pena y traslado la mesma ley de los Romanos en los mesmos terminos pone cient maravedis de oro, y no cient marcos anfi mesmo la. l. 2. 3. titu. 18. lib. 4. Fori tratando de las mesmas penas las pone en cient sueldos de oro, teniendo entendido los que hizieron aquellas leyes, que el aureo y solido de Iustiano eran vna mesma cosa, y vna moneda devn mesmo valor y peso de lo qual trate largo a tras en el capitu. 3. En esta mesma materia de las injurias hechas en las sepulturas de los muertos dize la mesma ley. 12. titulo. 9. partita. 7. el que quitare piedras, o ladrillos de las sepulturas, o las abriere para despojar los muertos de los paños, peche al Rey dos libras de oro. La qual ley esta errada, y ha de dezir diez libras de oro, por la. l. qui sepulchra. C. de sepul



sepultu. violat. en lo qual se ha de notar, que esta pena se puso primero de veynte libras de oro. por la ley. 2. titul. 17. libro. 9. Codicis Theodosiani, la qual hizo el Emperador Constantino, poniendo la mesma pena al juez, q̄ no castigasse el dicho delicto de donde salio la. l. si quis sepulchrum. C. de sepulchro violat. despues el mesmo Emperador en el mesmo caso puso la pena de diez libras de oro, en la. l. 4. eod. tit. 17. lib. 9. delCodigo Theodosiano. y de alli se faco la dicha. l. qui sepulchra. Han se de entender estas libras de oro cada vna por setenta y dos Castellanos: y ansi se ha de interpretar la ley de las Partidas: de manera q̄ dos libras de oro se ran ciento y quarenta y quatro Castellanos: y si son diez libras de oro, seran setecientos y veynte Castellanos. si por costumbre, o fuero no estuviere otra cosa dispuesta y rescebida. Lo que tengo dicho cerca de las dichas leyes reales se ha de entender conforme a la intencion que lleuaron los que recopilaron las dichas leyes en el peso y va-

lor del sueldo: porque cõforme al valor de los aureos antiguos, de quien tratan los Iurisconsultos como tenemos tratado en el ca. 3. cada aureo pesaua tanto como pesa oy dia vn doblõ, y valia por monedas de plata veynte y cinco denarios q̄ son quasi treynta reales de los presentes que gastamos.

La tercera illaciõ se ofrece quãto a la. l. 9. tit. 18, par. 1. q̄ pone noueciẽtos sueldos ð pena al sacrilego. esta ley se faco del cap. si quis cõtumax. 17 q. 4. y del cõcilio Triburien- se celebrado en el año de D. cccxcv. estos sueldos no se hã de entender de oro, ni de los sueldos de Iustiniano: sino otros sueldos de menos estimaciõ de los quales tratamos en el capi. 3 §. 2. explicando el entendimiento del cap. Qui subdiaconum. 17. q. 4.

La quarta illacion se ha de examinar quanto a la ley. 7. titu. 18. par. 1. donde trassladdo los suelos del dicho. c. Qui subdiaconum. 17. q. 4. dize la ley, que estos sueldos se han de entender marauedis. y en la verdad si se entienden marauedis de oro del peso de los Demone. H 2 suel.



sueldos de Iustiniano, como lo tienen por costumbre las leyes de las partidas, la estimacion es bien crecida, y la pena en gran cantidad: por lo qual y por otras consideraciones en el dicho. §. 2. tuuimos, que estos sueldos no erã de oro, sino sueldos Franceses de plata y aun mezclada. Esto se ha de entender quanto a la estimacion de los sueldos cõforme al cap. Qui subdiaconũ. y a su tiempo y entendiẽdo que las leyes de las partidas no quisieron alterar la estimacion ni peso de las monedas antiguas cõtenidas en las leyes, o Canones, que trasladauan, lo qual para mi trae muy gran seña de verdad: pues sarõ de esta palabra maruedi, la qual era entonces muy commun a diuersas monedas de oro y de cobre. Pero si esta opinion paresciẽ rezia, y se dixere que la dicha ley trasladando el dicho capitulo dõ decreto quiso alterar aquella moneda y reduzirla a los maruedis Castellanos, que entonces corrian, es necesario cõsiderar que no entẽdio de los maruedis dõ oro antiguos, que corrian antes

del Rey don Alonso, en cuyo tiempo se hizieron las dichas leyes, porque esta pena seria muy mayor en gran cantidad que la del capitulo que traslada la ley, sino de los maruedis cobreños que entonces corrian, aunque bien altos en precio, conforme a lo que se apuntara en la illaciõ septima, pues en las leyes de las partidasansi mesmo se haze menciõ de maruedis cobreños, por lo que se dira en la illacion trezena, y esta estimacion es mas conueniente al dicho capitulo, Qui subdiaconum. y con menos derogacion, o alteraciõ del derecho antiguo.

La quinta illaciõ es cerca de la. l. 10. tit. 18. part. 1. que pone treynta libras de plata por pena al sacrilego, que hiziere violencia a las yglesias. Estas libras por todo lo susodicho han de ser de doze onças la libra, de manera que fera esta pena quarenta y cinco marcos de plata, conforme a lo q notamos en el capit. 4. sobre el entendimiento del capit. quisquis. 17. q. 4.

La sexta illaciõ toca a la practica de la. l. 18. tit. 4. part. 3. dõ de



de tratando de la iurisdicció mediana, o mixto imperio di ze, que a la tal iurisdicció pertenescer conofcer, o determinar pleyto de trezientos marauedis arriba, y a la iurisdiccion menor pertenescer sentenciar de trezientos marauedis de oro en ayuso. estos marauedis por lo que tengo dicho han de estimarse cada vno por vn Castellano: porq̄ ansi es el estylo de las leyes de las partidas. Y la dicha ley se faco de la nouella de Iustinia no titulo de defensoribus ciuitat. s. & iudicare. Donde estos trezientos marauedis de oro los llama vna vez solidos y otra luego aureos.

Y para mejor y mas facil entendimiento de lo dicho se ha de aduertir, que la estimacion susodicha esta clara, presuponiendo que las leyes de las partidas no quisieron alterar la moneda ni la pena en su cantidad, de las leyes antiguas que trasladaron, como tengo apūtada. Pero en caso que se trate de esto, y parezca mas conueniente senti do dezir que las leyes de partidas pusieron el numero de las penas contenidas en las le

yes antiguas que trasladauan respectado a la moneda que entonces se vsaua en tiempo del Rey don Alonso Decimo, o Nono padre del Rey don Sancho. ha se de tener otra orden en la estimacion de los marauedis contenidos en la dicha ley. 18. y las semejantes: y es cada marauedi de oro de peso de la sexta parte de vn Castellano: por manera que seys marauedis hagan vn Castellano en el peso de oro: y ansi los trezientos marauedis vernan quanto al peso de oro a ser el dia de oy cinquenta Castellanos, aunque entonces en el valor y estimacion cada marauedi de estos valia diez de los q̄ al presente corrē, o por otra cuenta seys, de lo qual resulta el peso d̄ oro de los dichos trezientos marauedis regulados por el peso, el qual oy terna la estimacion que tienen cinquenta Castellanos, que es veynte y quatro mill y duzientos y cinquenta marauedis, y esto auida cōsideracion al peso de oro, aunque tomada la estimacion a marauedis por menudo de aquel tiempo, serā los treziē-

Demone. H 3    tos



tos marauedis a respecto de diez cada vno tres mil marauedis: y a respecto de seys mil y ochocientos marauedis. Y si dezimos como algunas personas de grande erudicion y curiosidad han apuntado que la dicha ley de la partida y semejantes se han de entender de los marauedis de oro antiguos que se vsauan y expendian antiguamente contenidos en las leyes antiguas, de los quales cada vno pesaua seys de los de oro, que corrian en tiempo que se hizieron las leyes del estylo, como sea cierto que las tales leyes del estylo mayormente la ley. cxiiiij. habla del Rey don Alonso decimo padre del Rey don Sancho, segun lo prouamos en el capitulo quinto. numer. 4. parece cierto conforme a lo suso dicho que las leyes de las partidas no se entenderian de la moneda, que en aquel tiempo corria, pues las hizo el rey don Alonso decimo, padre del Rey don Sancho, lo qual no se puede negar: antes se aurian de entender de la moneda de oro mas antigua, a la qual se refiere la dicha ley del estylo, y el mesmo Rey don

Alonso en ella nombrado: y los tales marauedis vienen a ser de peso de vn Castellano de oro, conformes al peso del solido de Iustiniano, como esta prouado en el dicho capitulo. 5. aunque valia cada vno estimado por monedas menudas entonces sesenta marauedis de los de agora segun vna cueta, y segun otra treyn ta y seys marauedis, de aqui parece cosa manifesta que quere confessare que la dicha ley de las partidas se ha de entender del marauedi antiguo, que la ley del estylo dize pesar seys de los que entonces corrian, y eran de oro, ha de conceder que los marauedis contenidos en la dicha ley. 18 han de ser del peso de vn Castellano de oro cada vno: y conformes en el peso al solido de Iustiniano, aunque el valor por marauedis menudos aya crecido, o alterado se con el tiempo, y leyes nueuas, y ansi mesmo ha de conceder, que estan bien reducidos los marauedis de la dicha ley de las partidas a los castellanos de oro, y a los sueldos de Iustiniano, por lo qual aura poca diferencia entre el parecer que  
yo



yo tuue en la primera impresiõ de esta obra quanto a esta illacion, y el que despues aca se ha con grande miramiento apuntado en cõtrario: antes sale todo a vna cuenta. Si como tengo dicho la ley de la partida se ha de entender de aquellos marauedis de oro q̄ tuuo por antiguos la ley del estylo.

La septima illacion se ha de notar quanto a la ley. 8. titulo. 7. partida. 3. donde se pone a los litigantes rebeldes pena por las rebeldias d̄ ciertos marauedis. Los quales a mi parescer no han de ser castellanos de oro como son otros muchos de los contenidos en las leyes de las partidas. por q̄ en los otros casos van las dichas leyes de las partidas con intẽto de trasladar derecho commun. en este caso yo entenderia estos marauedis cõforme a la estimacion, que tenia el marauedi de oro, o el bueno en tiempo del Rey dõ Alõso decimo, que es seys de los de agora: o diez segũ otra cuenta. a lo qual fauoresce la ley. 1. titul. 4. libro. 1. Fori. que pone los mesmos cient marauedis de pena al rebelde cita-

do y emplazado para ante el Rey: como la dicha ley de la partida: y los marauedis d̄ las leyes del fuero entendemos siempre de los buenos, quiero dezir de oro, que corrian en tiempo del Rey don Alõso decimo, o sus yguales por summa de monedas cobreñas, o de vellon. de esta manera se han de entender los marauedis puestos por pena a los rebeldes in. l. 1. 2. 3. 4. titu. 3. lib. 2. fo. y los sueldos de q̄ alli se haze mencion conforme a lo q̄ hemos notado del valor y estimacion de los sueldos. esta mesma interpretaciõ de los dichos marauedis: que sean de los buenos, se colige d̄ las leyes. 24. 25. y 26. del estylo. las quales tienen respeto al marauedi bueno del Rey don Alonso decimo. La mesma opinion tuuo el doctor Hugo Celso en el repertorio verbo emplazamiento aunque estas rebeldias se lleuan cõforme a la costumbre de otra manera en algunas partes.

La octaua illaciõ pertenece a la l. 3. titulo. 8. par. 3. donde pone pena de cient marauedis en vn caso, y de diez en Demone. H 4 otro



otro, quando el possedor reside, y impide que no se haga, ni execute el assentamiento. Estos maravedis se han de entender de los buenos. que yo dezir de los que principalmente se vsauan en tiempo del Rey don Alonso decimo, y eran de oro, o yguales al de oro: conforme a la cuenta que hemos seguido y examinado esto se prueua. porque la dicha ley no es sacada de derecho commú, ni de otras, que yo aya visto, por tanto la tengo de entender conforme a la moneda del Rey que la hizo, que fue don Alonso decimo.

La nouena illacion toca a la ley. 20. titu. 23. part. 3. donde para el caso de corte tiene y juzga por pobre al que no ha valia de veynte maravedis si se ha de entender conforme a la moneda del Rey que hizo la ley: pues quanto a esta summa a lo que al presente me acuerdo, no la podemos referir a otras leyes antiguas, cada maravedi vale diez de los presentes, o seys por otra cuenta y es de los buenos. mōtan los dichos veynte maravedis al menos: que es a seys

ciēto y veynte maravedis de los presentes de a diez dineros los quales en aquel tiempo valian en reales de plata y del peso de los de agora mas de quarenta reales: y eran mas que no son oy dia tres mil maravedis considerando el precio de todos los mantenimientos: como lo hemos prouado por las leyes antiguas del Reyno, y al presente damos por pobre para el caso de corte al que no tiene tres mil maravedis de hazienda.

Quāto a que vno sea obligado a arraygar se por pobre la ley. 1. titu. 5. lib. 2. Fori, dize: que el que tuuiere cient maravedis de hazienda no sea obligado a arraygar se, estos maravedis entendio Montaluo cada vno por diez de los de agora, yo por otra cuenta estimo cada vno en seys de los presentes, y eran en aquel tiempo cient maravedis mucho mas, que agora son cinquēta ducados segū las cosas corrian en baxos precios.

Ansi mesmo quāto a que por pobre no pueda ser vno accusador la. 1. 2. titu. 1. part. 7. dize: que aquel es pobre que no tiene cinquenta maravedis



dis de hazienda. esta ley fue sacada de la l. Nonnulli. ff. de accusat. la qual pone cincuenta aureos para este efecto. los quales conforme a la opinion commū en derecho, que las monedas contenidas en las leyes antiguas se han de estimar cōforme al tiempo, que las leyes se hizieron: y teniendo lo que yo prouo en el cap. 3. se han de apreciar por peso de oro cada aureo en vn doblon, o en la quarta parte de vna onça de oro: en plata por veynte y ocho reales y mas: pues valia cada aureo sin contradiccion alguna veynte y cinco denarios: los quales hazian tres onças y media de plata y algo mas. en moneda cobreña, o de vellon cada aureo valia mil quadrantes o quatrines, que vienen quasi a ser otros tantos marauedis de los que agora corren en Castilla. Esta mesma declaracion que es la propria, y verdadera de la l. Nonnulli se aplica a la ley de las Partidas, si entendemos: que los authores de ellas no quisieron hazer nouedad: pero porque su intencion fue declarar el aureo antiguo por el mesmo

precio, y valor, que el sueldo de Iustiniano, hemos de estimar y reduzir la dicha summa a cincuenta Castellanos de oro y a su valor cōforme a lo que arriba dexamos notado.

La illacion decima es cerca de la l. 41. titu. 2. parti. 3. dō de interpretando al authenticum nisi breuiore capit. de sentētijs ex periculo recitandis. dize que las causas de diez marauedis a baxo son y han de ser tenidas por breues, de arte, que no sea necessario poner la demanda por escripto esta cantidad no estaua tassada por derecho commun: como parece por lo que se nota en el dicho authenticum. Por tãto hemos de tener entendido, que la tassa es cōforme a la moneda de marauedis principales, que corrian al tiempo que la ley se hizo, q̄ son de los buenos segun vna cuēta a diez de los presentes cada vno: o segun otra a seys de manera, que erã cient marauedis, o sesenta, los quales en aquel tiempo por los baxos precios de las cosas montauan tanto como agora dos ducados, y mas.

La



La onzena illaciõ esta biẽ  
manifiesta quanto a la ley.9.  
titu.4. parti.5. dela donacion  
que se puede hazer sin infi-  
nuar se hasta en quinientos  
marauedis d̄ oro. esta ley esta  
facada dela.l.fancimus.y la.l.  
penultima. C.de donatio. dõ  
de se haze mencion de qui-  
niẽtos sueldos, los quales erã  
cada vno en aq̄l tiẽpo de peso  
de vn Castellano, o la sexta  
parte d̄ vna onça de oro.y an-  
si la ley dela partida se ha de  
entender en esta mesma esti-  
macion: que cada marauedi  
de oro sea vn Castellano:co-  
mo lo tratamos en el libro.1.  
de las Varias Resoluciones  
capitulo.11.

Dozena illacion se dedu-  
ze para entendimiẽto de la l.  
2.tit.11. par.3. dõde en las cau-  
sas de diez marauedis abaxo  
se ha de deferir el juramẽto,  
quãdo ay prouãça de solo vn  
testigo. esta quãtidad dexo el  
derecho cõmun en aluedrio  
de los juezes: por tanto no se  
ra inconueniente entender  
algunas vezes estos maraue-  
dis por los sueldos de Iustinia-  
no, q̄ son Castellanos de oro,  
aunque el proprio entendi-  
miẽto viene a ser por los ma-

rauedis del tiempo en q̄ Rey  
naua el Rey don Alonso de-  
cimo, que eran seys de peso  
de vn Castellano, como tene-  
mos tratado en lo que hasta  
aqui esta declarado.

Trezena illacion se dedu-  
ze y faca para entendimien-  
to de las leyes.5.7.8. y otras  
quatro figuientes. titu. 20. y  
de las leyes.13.15. titu.19. par.3  
donde se haze menciõ de ma-  
rauedis tassando los dere-  
chos, que se han d̄ pagar por  
priuilegios y otras cartas en  
corte, y por los sellos, estos  
marauedis entiendo de los q̄  
se vsauã en tiẽpo del Rey dõ  
Alonso decimo y algunos a-  
ños antes en tiempo del Rey  
don Hernãdo su padre: y no  
han de entender se por mo-  
nedas de oro, ni de plata, co-  
mo lo dize la mesma ley.15. ti-  
tulo.19. par.3. y ansi se han de  
estimar como hemos estima-  
do los marauedis de las leyes  
de las partidas, que no trasla-  
dan moneda cierta de dere-  
cho commũ y delas leyes de  
los Romanos, ni tratã de ma-  
rauedis de oro.

La quatorzena illaciõ per-  
tenesce a la ley.14. titu. 6. par-  
tita.3. la qual tassando el sala-  
rio

rio



rio de los abogados dize que el mayor salario no exceda de cient marauedis, estos marauedis se hã de estimar al respecto que sean de oro y de peso cada vno de los aureos antiguos, cõuiene a saber vn doblon, o dos ducados senzillos como esta ya dicho: porque esta ley se faco de la ley. i. §. si cui. ff. de varijs & extraordin. cognit. o por lo menos se ha de estimar cada vno en vn Castellano, segun esta tratado sobre la ley. 2. titulo. i. partita. 7.

Haze se mencion en algunas Historias de Castilla de vna moneda llamada Francos. Este Franco era de oro, y valia diez reales de plata del mesmo peso, que tienen los que agora corren y hazen ocho vna onça. Era el Franco menor que la dobla Castellana de aquel tiempo que examinamos en este capitulo, la sexta parte: como se deduze y puede bien sacar de vna ordenança, que hizo el Rey dõ Iuan primero en Viruiesca año de M. ccc. lxxxvij. Demanera que el Franco pesaua algo mas que vn ducado de los que al presente corren. Ansi

mesmo en priuilegios y leyes de estos Reynos se haze mencion de pedidos y monedas en materia de pecherias. y ha fe de entender que cada vna de estas monedas montã cinquenta cornados, que son ocho marauedis de los q̄ agora corren y dos cornados. lo qual se prueua por escripturas de algunas hidalguias y repartimientos, de las quales resulta la dicha estimacion.

### Ex capite sequenti.

- 1 Numismata, an possint pluris estimari, quã materia, ex qua fuerint signata.
- 2 Aristotelis locus expenditur ad intellectu Iuriconsulti in. l. i. ff. de contra. empt.
- 3 Pecunia, an possit pluris estimari in priuatis commercijs, quã publicè sic estimata.
- 4 De cambio ad pecunie per mutationem, & de campforibus.
- 5 Numismata, an sint cudenda publicis expensis.
- 6 Princeps an possit mutare pecunie valore.

### De mutatione monetæ quo ad pondus, & valorem eius. Caput.

#### V I I.



**B**ITER superius nõ semel diximus, in his Hispaniarum regnis numismatum pondus & valorem mutatum fuisse regia quidem autoritate. idcirco quæritur an



tur an ea mutatio licita sit: & iure fieri possit? Et sanè quoties mutatio monetæ fit quo ad pondus, & eius valorem, planè omnino licita est, nec in hoc aliquid potest controuerti. Etenim si numismatum aureorum pondus augetur vel minuitur, æquum erit, quòd & valoris, ac æstimationis fiat diminutio, vel augmentum. Erit igitur huius quæstionis controuersia in hoc, an numismata pondere eodem possint quandoque pluris æstimari & valere autoritate principis? Cui quæstioni & illa accedit, an moneta cudenda sit expensis Reipublicæ, vel principis.

Et quibusdam visum est, numismata non pluris esse æstimanda regia autoritate, quàm æstimetur, & valeat ipsa massa auri, vel argenti, aut pondus, ex quo constant. notatur in. l. r. ex Accursio ibi. ff. de contra. empr. vbi de pecunia iuriconsultus inquit. electa materia est cuius publica ac perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quãtitatis subueniret: eaque materia forma publica percussa, vsu dominiumq; non tam ex substantia præbet, quàm ex quantitate: nec ultra merx vtrumq; est sed alterius pretium vocatur. Hactenus iuriconsultus, de cuius intellectu paulò post tractabit, vt videamus, an illic probetur opinio Accursij.

Secundò ad hanc rem adducitur text. in. l. r. C. de veteris numism. potest. quo in loco apparet, numismata esse vbique cudenda & expendenda debitum pondus habentia. Sed ea constitutio nihil aliud probat, quàm quòd numismata publica percussa autoritate, debeant esse iusti ponderis, & debiti: nempe eius ponderis quod lege publica fuerit diffinitum: non tamen sequitur ex hoc, quòd numi sint habituri eundem valorem, quem valet ipsa materia, ex qua fuerunt signati.

Tertiò in idem tendit text. in. l. 2. C. eod. titu. de vete. numisma. potest. iuxta

Accursij interpretationem, quæ videtur probare, quòd diminutis numismatis quoad pondus quidem, etiam eorum æstimatione diminuenda sit. sed nec hic tex. quidquam vrget: est etenim eius sensus secundum Bart. quòd minuta æstimatione solidi, minuitur æstimatio rerum quæ venduntur ad solidum. sicut itidem contingit, vbi æstimatio monetæ augetur & crescit: nam eadem ratione crescunt pretia rerum omnium, quæ eadem moneta emi solent: quemadmodum notant Angel. in. l. Paulus. ff. de solutio. Purpurat. in. l. cum quid. ff. si cer. peta. numer. 171. quod verum est, & procedit, vbi omnes monetæ minores pari proportionem augetur, vel minuuntur, tunc enim pretium augetur vel minuitur omnium rerum vni formiter diminuta, vel aucta æstimatione omnium monetarum: atque ideo pretium rerum, cum sit vni formiter variatum æquipollet veteri pretio. Quòd si vna tantum species aurei, vel numismatis minuatur, reliquis monetis manentibus in statu suo: tunc pretia rerum manent in priori statu respectu aliarum monetarum stantium: respectu autem aurei minuti non minuuntur, imò augetur rerum pretia. Sic è contrario in augmento vnus numi respectu aliorum, qui non fuerunt aucti, pretia rerum manent in eodem statu respectu verò illius aucti numismatis pretia rerum minuuntur, quemadmodum eleganter considerat Carolus Molinæ. de contractibus. quæst. 93. numer. 716.

Quartò huc pertinet. l. 3. eo. titu. C. de veteris numisma. potest. qua decisum extat, numismatum pretia vbique, debere eandem æstimationem habere, denique & vni formem. Sed & hæc constitutio eo tendit, vt vbique eadem sit æstimatio, idem sit valor eiusdem numismatis: non tamen sequitur ex hoc, quòd tanti sit numus æstimandus publica autoritate, quãti æstimat ipsa materia, ex qua cõficitur.

Quin-



Quintò hæc ipsa opinio deducitur ex ca. quanto. de iureiur. quo in loco apparet, principem teneri omnino monetam cudere, & publicam facere ea lege, vt valor iuxta pondus ei cõstituat: alio qui si princeps posset, p sua libidine pretiũ constituere numis quodcunque pondus auri, vel argenti habentibus: iuramentũ illud, quod tanto conatu Romanus p̄t̄ifex illicitũ esse cõfeter, minimẽ foret vlla ex parte reprobũ atq; ideo fateor, hæc Decretalẽ decisionẽ admodũ vrgerẽ aduersus principes, q̄ hæc legẽ nequa quã obseruant in numismatis cudendis. 2

Cæterũ contrariam sententiã plurimum cõprobat ratio ab Aristotele ducta lib. 5. Ethic. c. 5. & lib. 1. Polit. cap. 6 inquit enim numum lege consistere ac suam vim retinere, non natura. Si quidẽ ipse princeps, ipsa respublica, deniq; ipsa lex numum constituit: atque ideo numisma dicitur, quasi nomisma à νόμος, id est, lege, à qua pretium, & valorem certum accipit: cuiusque libera potestas est, numos semel percussos inutiles efficere, ac reddere. Hæc Aristoteles, à quolibet nõ temere argumẽtari. Nam si non natura ipsa, sed à principe numismata vim, & potestatem accipiunt: ab ipsoq; legem reuocante inutilia effici possunt, profectò non tanti æstimatur materia ipsa auri, vel argenti, quãti numus ipse: cum si tanti estimaretur natura ipsa nõ lege, pretium, & vim numus haberet. Huic rationi Plut. suffragatur in Phocionis vita scribẽs, numos eos esse præstãtiores, quo in minori materia plus valoris, ac pretij cõplectãtur. Simile ferẽ ratione suffragatur text. in. l. Titii. ff. de auro, & arg. leg. vbi iuriscõsultus respõdet, legatis alicui decẽ p̄do auri, satisiustẽ legatũ solui, si vel aurũ, vel pretiũ auri præstetur. idẽ probatur in. l. r. §. vlt. ff. eo. tit. Etenim si pecunia qua aurum ipsum æstimatur, aurea quidem tanti ponderis esset: quanti ipsum aurũ, nul-

la subesset ratio, cur hæc vt diuersa ab ipso iuriscõsulto nominẽtur: siquidem nullo discrimine cõstant. Sed nec istæ rationes aduersus principũ censors omni nõ vrgerẽ. Locus equidem iuriscõsulti diuersa censet aurum, & pecuniam, vel numos aureos, & meritò: quia numi propter formã: & characterem publicum à massa & materia rudi distinguntur: quẽ admodum statim probabitur.

Sic locus Aristotelis rectẽ intellectus eũ sensum habet, vt plurimũ intersit sine massa metalli informis, & rudis, an in numos redacta. Hoc enim & ipse Aristoteles explicat eleganter in dist. capitu. 6. Nam cum, inquit, quæq; necessaria non facillẽ possent vltro, & citro comportari publico gentium consensu constitutum est ad permutationes faciendas, vt tale quidam inter se darẽt, & acciperẽt, quod cum esset ipsum ex genere rerum accommodatarum ad vsum vitæ facillẽ tractari posset: cuiusmodi est ferrum, & argentũ & si quid aliud eius generis habet, quod initio magnitudine, ac pondere simpliciter erat definitum, postremò etiã characterẽ fuit percussum, vt homines liberi essent à solitudine examinandi, nam characterẽ quantitas numi significatur. Hæc Aristoteles. Ex quo primum adnotandum est, autoritate publica effectũ fuisse: vt numi certã habeant & ponderis, & estimationis rationem, quẽ & ipso characterẽ, & forma constet absque alio examine, quod quidem necessarium foret, si massa auri, vel argenti daretur absque publica forma pro aliqua alia re ad humanum vsum necessaria. Quò fit, vt licet numus eiusdem ponderis sit, cuius & ipsa materia, ex qua constat, attemen admodum vtilis fuerit numismatum vsus, vt absque alia hominum sollicitudine constet ex publico characterẽ, quanta sit eius materiæ æstimatio: quod manifestissimẽ Aristoteles explicat. Deinde

Demone. I con



cōstat ex eodem, numum ipsum auctoritate publica constare non tam ex substantia, quàm ex quantitate: ita enim ipse legendum esse censeo in. l. 1. ff. de contrahen. empt. Etiam si Budæus ibi: ex qualitate legerit. Est enim sensus quòd in numis iam ipsa substantia materialis nõ cōsideratur, sed quantitas: id est valor impositivus publicè, & perpetuo constitutus: quam equidem quantitatem, publicam, & perpetuam æstimationem vocavit paulò antè idem iuriconsultus. Quantitas igitur ab eodem appellatur publica illa numismatum æstimatio qua intelligitur & significatur quanti numisma quodlibet locabile sit.

Hinc sanè deducitur illius quæstionis definitio, an aliquod aureum numisma possit permutari, aut vendi pro numis a genteis, pluribus tamen quam lege, aut publica æstimatione fuerint definiti? Et quia isthæc æstimatio numismatum publica est: & pretia cuiusq; rei publica lege constituta, non liceat pervertere: qui busdam visum est, non posse vendi pecuniam carius, quam lege valeat, nisi excelsus ille recipiatur ratione officij, vel consuetudinis, vel eius, quæ verè inter sit ipsius recipientis illum excessum ratione dani emergētis, vel probatissimi lucri cessantis. Sic etenim censet doctissimus Ioānes à Medina de restitutione: vbi de cambijs agit. Folio. 157. sed vt hæc quæstio facilius intelligatur, aliquot subijam conclusiones.

Prima conclusio. Pecunia duplici ratione in pretio habetur: scilicet tanquam res & tanquam signatum numisma. Probatur hæc assertio, quia valor metali, nec perit, nec mutatur propterea, quòd sigillum publicum impressum habeat: siquidem æstimatio publica in id tendit, vt ea obseruanda sit quoties illud aurum, vel auri massa vt numisma expenditur. Hæc deniq; cōclusionem eleganter exponit

Dominicus Soto lib. 7. de Iustitia & Iure. quæst. 2. cui suffragatur locus insignis apud iuriconsultum in. l. numismatum. ff. de vsufruct. quo in loco veteres numi ex auro forsan purissimo percussi, vt gemæ & pretiosæ res ita seruantur, & custodiuntur, ac æstimantur, quod vsufructus potest in eis constitui: sicuti & in rebus vsu nõ consumptibilibus. Et de Peregrinis numis vendi solitis, vt & aliæ merces multa tradit Briffonius libro. 1. Selectarum capitu. 8. ex Volusio Metiano libr. de Aste. Et Plinio libro. 33. capitu. 3. Sic intelligens Iuriconsultus in. l. 9. §. 1. ff. ad leg. Cornel. de falsis tamen si parum rectè, ni fallor adduxerit Constantini constitutionem in. l. 1. C. de veter. numima. potest. lib. 11.

Secunda conclusio. Secundum metalli naturam poterit iustè numisma aureum, vt aurum, permutari, aut vendi maiori pretio, quàm sit illi à Republica pre-taxatum: modò augmentum illud sit exiguum. Hanc opinionem tenuerunt Syluester verbo. vsur. 4. §. 3. Dom. Sot. in dicta quæstione. 2. Caietan. licet dubius in tractatu de Cambijs. capitulo. 6. Huius casus erit exemplum quoties numismata aurea dantur, & venduntur ad deaurandum, ad ornamentum, ad annulos, in aures, torques, & his similia conficienda. in hac etenim specie locus nõ est publico pretio, quod tantum obtinet, vbi numismata vt numismata permutantur, & in commercijs expenduntur. Qua ratione tollitur Ioannis Medinæ opinio, quæ contrariam huic sententiam potius admittit. Quod est maximè notandum. His adde Aymonem Crauetam consil. 6. numer. 15. & sequenti: qui hac de re nõ nihil agit.

Tertia conclusio. Licitum nihilominus est, numismata vt numismata sunt, & ea ratione, permutare, aut cambire, nonnullo ab alterutra parte concessio alteri



teri pretio. Hæc probatur. Nam licet pri-  
mus, & proprius vsus pecuniæ sit ad  
emendum, & vendendum, vt sit alterius  
rei pretium iuxta l. ff. de contra. empt.  
Aristotelem lib. 1. Polit. cap. 6. & quo ad  
hanc partem nulli liceat transgredi eius  
estimationem à lege taxatam: est tamen  
& alter pecuniæ vsus improprius nem-  
pe vt permutetur pecunia cum pecunia  
& ad hoc non habet à lege taxatam cer-  
tam quantitatem, nec valorem: vt docet  
S. Thomas lib. 2. de regimine princip. ca-  
pit. 14. Syluest. verb. vsura. 4. quæst. 2. &  
3. sic sanè licet proprius vsus calcei sit ad  
tegendum pedem: alter tamen eius vsus  
improprius est, vt cum alia re permutetur  
sicuti ex eodem Aristotele deducitur  
in dict. cap. 6. & ca. 7. Hoc ipsum hæc  
in re. & Caieta. adnotauit in tracta. de cã-  
bijs cap. 5. deinde commutatio ista pecu-  
niæ admodum utilis est Reipublicæ, dũ  
numularius auream pecuniam dat pro  
minuto argento, aut vice versa minutum  
argētum pro aurea pecunia. Contingit  
enim sapissimè, vtiores esse alicui mi-  
nores numos argenteos ad faciliorem  
vsus, & expensas, quam aureum numis-  
ma: atque itidem alteri erit vtilius numis-  
ma aureum ad translationem, quam ar-  
gentei minuti numi. Qua ratione ob fa-  
ciliorem, ac cõmodiorem vsus est vti-  
lis valde isthæc in republica permutatio  
ideò mirum non est, si permittatur, mer-  
cedem aliquam dari his, qui labore pro-  
prio, & industria paratos habent numos  
aureos, & minutos argenteos ad huius-  
modi Cambia, modò pretiũ hoc tenue  
sit, nè fraudibus locus aperiatur.

Præsertim cõstat, hoc licere publicis  
campsores ministris reipublicæ, ab eã  
que constitutis. His etenim hoc licere,  
asseuerant nostri doctores passim, quo-  
rum meminit eos sequutus Laurentius  
Rodolphus in cap. consuluit. de vsuris. in  
repet. q. 26. Ioan. Lupi in ca. per vestras.

notabil. 6. §. 9. nu. 13. de donati. inter vir.  
& vxor. Florentinus. 2. par. titu. 1. cap. 7.  
§. 47. Conradus de contra ctibus. quæst.  
99. quorum opinio communis est, secun-  
dum Syluestrum verb. vsura. 4. §. 7. Qui  
tamen & si præmittant, se tractare re istã  
quo ad publicos campsores, non tamen  
negant expressim, idè licere priuatis per-  
sonis. Sed Caiet. in tract. de cambijs. cap.  
5. in specie asserit, nõ esse hoc cãbium li-  
citur priuatis, sed tantũ his qui ab ipsa re  
publica sunt ad id munus electi: cuius cõ-  
trarium Syluester in dict. verb. vsur. 4. §.  
7. probare mihi visus est, & idè tenet ma-  
xima ratione Dominicus Soto in dicta  
quæst. 2. Etenim si hæc permutatio gene-  
re suo pecunia æstimabilis est, vt constat  
nihil vrget, cur non sit licita cuiunque,  
etiam priuato: quod equidem verum est  
ex ipsa natura rei: nisi lex huius cambij  
vsus priuatis interdixerit: tunc etenim  
nemo poterit officium hoc exercere, ni-  
siis, qui à republica fuerit electus: alioqui  
mortale crimen is committeret, & tene-  
retur ad restitutionem lucri ex ea re per-  
cepti: sicuti ipsi Domini. Soto probat in  
dicta quæst. 2. sic lege reg. 1. tit. 8. li. 5. or-  
di. interdictum est officium istud priua-  
tis, & omnibus, nisi in curia Principis ha-  
bentibus ab eo specialem commissionẽ  
& licetiam: in alijs verò ciuitatibus, & lo-  
cis permittitur his, qui à collegio decu-  
rionum fuerint nominati, & electi.

Hac sanè ratione dicti sunt ab initio  
campsores hi, qui paratos habebant pe-  
cunias ad permutandum minores pro  
maioribus, & vice versa maiores pro mi-  
noribus seruata compensationis æquali-  
tate. Habuit verò hæc dictio originem  
à verbo cambio, id est permuto: & in-  
de vetera illa: campsi, campsum: & cam-  
pso, campsas: eadem significatione au-  
thore Prisciano libro. 10. capit. 2. qui ex  
Ennio citat. Leucatem campfant: id est,  
permutant, tradit Andræ. Tiraquellus

De mone. I 2 lib.



libro. 1. de retractu. §. 30. in principio. in de campores. Cambium autem dictio non est à Latinis recepta: tamen si utatur eadem libri feudorum author in cap. 1. §. si quis dominus. quo tempo. miles. & in cap. 1. §. cum autem. de contro. inuestit. vbi Bal. notat, Cābium esse per mutationem nō tantūm speciei ad speciem, quæ propriè est permutatio: sed & speciei ad genus: vt domus cum frumento: & etiā generis ad genus: notat Iason in. l. 1. col. vlti. ff. de rer. permut. sic & Regia Partitarum lex. 1. titu. 6. par. 5. permutatiōnem cambium appellat. Illaverò merces, quæ campori datur pro permutatiōne pecuniarum dicta est à Græcis collybus: & in de campores collybistæ: quod Budæus adnotauit in. l. vlti. ff. de pigno. actione. dicti etiam fuere numularij. Sed & argētarij, qui trapezitæ, & mensularij appellātur, non tantūm pecuniarum permutatiōni dedere operam maiorem: siquidē simul negotiatiōnem exercebant. Nā pecunias custodiendas accipiebant, propriasque, & alienas fœnori dabant. Vnde apud Plautum argentarius pro fœnratore accipitur. His solebant in publico ad longum tempus tabernæ locari. l. qui tabernas argentarias. ff. de contra. empt. quo in loco labitur Accursius, dum interpretatur argentarias tabernas in quibus argentum veditur. Iidem argentarij mēsas publicas, & officinas Romæ in foro habebant prope Castoris ædem, ex Plauto in Gurgulione: in Persa: & in Asinaria: Terentio item in Phormione. Quæ ratione argentarij foro cedere dicebantur, cum tabernis, id est mensis suis cedentes, aliò fugientes habitatum migrabant fallebantque creditores: quod lōgius explicat Guilielmas Budæus in. l. si hominem. ff. de positi. §. quoties. vbi Iuriconsultus huius loquutionis meminit. dicti etiam fuere argentarij collectarij à colligendis numis in. l. quisquis. C. si certum

peta. vt explicat Alciat. in libro. 4. dispūctio. capitu. 22. ex Suida. Horum autem argentariorum officium, & ministerium causam publicam habebat. l. argentarius. in princip. ff. de edendo. Nam & alij rationes conficiebant: ad quarum fidem recurrebatur. l. prætor ait. cum. l. sequenti. ff. de edendo. notat & de his aliqua ~~Capitula~~ ~~Molixæ~~. de contractib. numero. 59.

Ad propositā ab initio quæstionem rursus accedens illud ex multis adnotabo, præ maxima autoritate tex. in cap. quanto. de iureiuran. numismata expensis publicis esse cudenda, nec plaris fore æstimanda, quam materia ipsa absq; publico caractere æstimetur. Hanc sententiam probat glo. in. d. l. 1. ff. de cōtra. empt. Bart. in. l. Paulus. ff. de solut. 2. col. item Bar. in. l. qui falsam. ff. de fal. & in. l. 1. §. vlti. ff. de aur. & argē. legat. cuius opinionem communem esse asseuerat Curti. Junior in. l. 2. §. mutui. nu. 12. ff. si cert. per. vbi Bar. eandem opin. probat, & tenet: quā etiam sequuntur Matth. Afflict. decis. 90. & Petr. Velluga, in speculo principum. titu. de mutatione monetæ nu. 7. Nihilominus contrariā exponimus conclusionem, quæ cōstanter asserimus, posse principem in cudendis numis eam obseruare legem, vt aliquid lucri percipiat pro ratione expensarū, quæ fiunt in ipsa moneta signāda. Nō enim tenetur princeps proprijs expensis numos percutere. Idcirco poterit à principe numismatum pretium taxari ultra ipsius materiæ æstimatiōnem: quod cōsuetudo iam diu toto in orbe Christiano recepit, secundū Innoc. Abb. nu. 11. Imol. col. 4. & ibi docto. in d. c. quāto. de iureiur. Imol. in. d. l. Paulus. ff. de solu. imò & de hac cōsuetudine Bartol. ipse testatur in dicta. l. secunda. §. mutui. ac Martinus Lauden. in tractat. de monetis. columna prima. Petr. Vellu. in dicto numero septimo.

Boerius



Boerius decis. 327. nume. 3. & Albertus Brunus in tracta. de augment. & dimi. conclusione vltim. colum. 1. qui eandē approbat, vbi lucrum id sit exiguū. Ego verò hac in re non video admodum vrgeri contra principes tex. in dict. capit. quāto. potuit enim in ea specie detrimētum in numismate contigisse eo pacto, vt præter valorem materiæ, & modū legitimum expensarum pretium foret cōstitutum: quod illicitum est deinde consultius est, numismata expensis publicis percipi, & eundem habere valorem quē ipsa habet materia: & tamen consuetudinem, cuius paulò antè meminimus, non ita contrariam iuris opinamur vt admitenda non sit. Ea etenim principes ipsos excusabit omnino. Sic in his regnis apparet ex pragmaticis constitutionibus, quarum in primis huius operis capitibus mentionem fecimus, consuetudinem istam planè seruari in numis argenteis, & aureis: tametsi modò ob auri penuriā pluris æstimemus, & faciamus aurei numismatis materiam, quàm numus ipse lege regia sit æstimatus: atque ita hanc sententiam quam recepit consuetudo, crebriorem esse asserit *Carolus Molinæ*. de cōtractibus. quæst. 100. numer. 798. quam probare videtur *Gabriel*. in. 4. sententia. distin. 15. quæst. 9. colum. 2. quin & idem *Innocen. Abb.* & alij in dict. capit. quanto hoc principi licere arbitratur vltra expensas necessarias, quæ fiunt in cudendis numis, si ipse princeps sit in aliqua inopia constitutus. Nam ad subueniendum publicæ necessitati, publicisque impēsis poterit pluris monetam æstimare, quā numismatū materia æstimeretur. Imò & hoc ipsum quandoque vtile Reipublicæ est, ne pecunia aurea, vel argentea extra regnū aut extra prouinciam exportetur: quemadmodum admonent ipse *Inno.* & *Guid. Pap.* in dicto capitulo quanto. columna tertia. constat sanè ex consti-

tutionibus *Henrici Regis Secūdi*, & *Ioānis primi*, ob publicas necessitates ab ipsis Regibus numismatum pretia augmentum accepisse. Sed & consensu populi, aut ciuitatum Regni etiam absque publica inopia poterit idem princeps efficere, secundum *Innocen. Panormita.* & alios in dict. capi. quanto. Romæ itidem hoc factum olim fuisse ob publicam inopiam ab ipso Senatu. testatur *Plinius* libro. 33. capi. 3.

Hinc deniq; poterit & alteri quæstioni responderi: an princeps possit mutare pecuniæ valorem, & estimationem? qua in re *Aristoteles* inquit libro. 1. Polit. capit. 6. & 5. *Ethico*. cap. 5. esse in potestate Reipublicæ, & principis numismata semel signata mutare, & reddere ac efficere inutilia. Mutata siquidem voluntate vtentium numis, vt numū valore nolint, ipse numus, vt numus est, inutilis efficitur. Hic enim est sensus *Aristote.* tametsi *Michael Ephesius* in dict. cap. 5. aliter interpreteretur locum illum: scilicet ex vsu permutationis. Ita equidem inquit. Nam si voluerimus ea, quæ habemus dare, & quæ non habemus accipere, inutilis prorsus vsus numi euadet, ipse tamen opinor, non esse hunc sensum proprium *Aristotelis*: sed eum, quem modò tradidimus.

✱ Mutatio verò pecuniæ, si fiat ex consensu populi erit planè licita vtcunq; fiat cum accedat consensus eorum, quibus præiudicium ex ea mutatione fit: quod fatentur *Hostiensis* in titul. de censibus. §. ex quibus. *Innocen.* & doct. in d. c. quanto. *Albert. Brunus* in tract. de augmento, cōclu. vlti. col. 2. qui expressim admittunt mutationem monetæ vt licitā, quoties ea fit ex iusta causa: nempe quia materia numismatum facta est vilior, vel pretiosior communi hominum estimatione: vel quia non habet iustam estimationem seruata proportione materiæ, ex

De mon. I 3 qua



qua ipsa constat, quod & Andre. Iser. scribit in capitu. 1. quæ sint regalia. num. 18. & sequentibus, qui num. 24. etiam probat, licere principibus pretium monetæ augere tempore publicæ necessitatis: modo ea cessante fiat subditis restitutio dāni illati ab ipso p̄ncipe, qui posset id restituere. Quod si mutatio monetæ fiat absque iusta causa pro principum libidine, id est omnino illicitum secundū omnes, quos modò citauimus, quam obrem dum Ioan. Fab. in princip. Inst. quibus mod. tolli. oblig. & Boerius decisione. 327. numer. 6. scribunt posse principem absq; consensu populi mutare monetam: est id intelligendū, modò fiat ex iusta causa: vel absque populi præiudicio. Qua ratione Sanct. Thom. in tracta. de regim. princip. libro. 2. capitulo. 13. admonet principes, ne numismata pro libidine propria mutant. De eadem re multa tradit ~~Carolus~~ *de contra. quæstio. 92. & 93. qui numer. 696. conatur improbare communem modum loquendi: dum pecuniæ bonitas distinguitur in extrinsecam, & intrinsecam: bonitas enim intrinseca dicitur substātia ipsa metallorum tam in bonitate, quā in quantitate, seu pondere: bonitas verò extrinseca appellatur valor imposititiuus: ut scribunt omnes in dict. l. Paulus. ff. de solut. & in l. cum quid. ff. si cert. petat. & in dicto capitu. quanto. Etenim existimat Carolus, bonitatem intrinsecam pecuniæ esse publicam illam æstimationē, & valorem imposititiuum: quia est eius propria, specifica, substantialis & formalis bonitas, & essentia, quæ dat ei esse, qua sublata, publica videlicet approbatione remota, desinit esse pecunia. l. eleganter §. qui reprobos. ff. de pignor. actio. l. Iulianus. §. si quis. ff. ad exhiben. bonitas autem extrinseca secundum eum dicitur ipsa numerorum materia: scribitque is author, ita loquutos fuisse olim Azonem,*

Iacob. de Bello vi. Odofredum, ac Cin. in l. in minorum. colu. 4. C. in quib. cau. in integr. resti. non est necessaria. Et tamen ad intellectum eorum, quæ in hac materia tractantur, obseruandus est cōmunis dicendi modus: quem etiam sequitur Albertus Brunus in dict. conclu. vltim. colu. 5

## Ex. §. sequenti.

- 1 *Obligatus soluere in certa numerorum specie an possit in alia soluere.*
- 2 *Pecuniæ bonitas intrinseca: an sit consideranda iuxta tempus contractus, vel solutionis?*
- 3 *Numismatum bonitas extrinseca, quomodo sit obseruanda quo ad solutionē debiti?*
- 4 *Mutatio pecuniæ post morā, an noceat, vel pro sit creditori.*
- 5 *Promissio solutionis in certa pecunia sub certa æstimatione: quo pacto sit obseruanda?*

## §. vnicus.



**S**UPER EST modò ex Bart. in dict. l. Paulus. aliquot conclusiones deducere, ut breui quodam examine quæ ipse adnotauit explicentur: saltem iuxta communē aliorum traditionem.

- Prima conclusio. Quoties obligatio concepta fuit sub certa specie monetæ non tenetur creditor recipere quamlibet aliam monetam, etiam probam, ad monetæ promissæ æstimationem, si sit alterius materiæ. Hanc cōclusionem quidam probant ex eo, quòd aliud pro alio inuito creditore non soluitur. l. 2. §. 1. ff. si certa. petat. & l. eum à quo. ff. eod. titu. denique in specie assertionem istam tenent Bart. in dict. l. Paulus. num. 3. idem Bar.



Barto. in. l. 1. §. vlti. ff. de auro, & argent. legat. Idem Bart. Alexan. Areti. & alij in dict. l. 2. §. 1. ff. si cert. pet. Imol. & doct. in dict. l. Paulus. Antoni. & Abb. colum. vlti. in dict. cap. quanto. Bald. in. l. si quis argentum in princip. C. de donationi. & in. l. libera. C. de sent. & interlo. omni. iudi. Boerius decisione. 327. colum. 3. qui tamen vnanimi cōsensu fatentur, cōsuetudine contrarium receptū esse. Quod etiam asserit gloss. in dict. l. si quis argentum. Curti. Senior. in tract. monetarum. super. l. cum quid. quæstio. 9. ff. si certum peta. Afflict. decisione. 90. de qua consuetudine scribit ~~Carolus Molina~~ de cōtract. quæst. 92. nume. 709. non omnino obligare eam: cum ex ciuilitate, & benignitate creditorum processerit, non ex necessitate nisi in his casibus, in quibus nihil interest creditoris: quod est notandum ex multis, quæ tradit Albert. Brunus in dict. conclusione vltima. colum. 7. Hanc tamen consuetudinem iure procedere, conatur probare Curtius Iunior. ni dicta. l. cum quid. nu. 25

Secunda conclusio, etiam vbi obligatio concepta fuit sub certa specie monetæ, cogitur creditor monetam diuersæ formæ, & characteris recipere, modò eiusdem materiæ sit, & ad eandem æstimationē, quæ debetur, solutio fiat. Hoc expressim Bart. & omnes paulò antè citati probant ex dict. l. Paulus. quæ est secundū hanc conclusionē intelligenda.

<sup>2</sup> Tertia conclusio. Pecunia mutata in bonitate intrinseca: nempe in materia, vel pondere soluenda est secundum eam bonitatem, quam habuerat tempore cōtractus, non autem secundum illam, quæ habet tempore solutionis. Probatur ex ratione. l. cum quid. ff. si cert. pet. vbi eā tenent Docti. & in cap. olim. de censib. norant Barto. & alij in dict. l. Paulus. colum. 3. tex. ad idem in cap. cum canonicis. de censib. quam opinionem fatetur

communem esse Panor. in ca. quāto de Iureiuran. colum. penulti. Iason in. l. 2. quæst. 36. C. de iure emphyteu. Soci. Iunior confi. 145. libro. 1. nume. 94. idem fatentur omnes, qui hanc materiam tractauerunt, præsertim Curti. Iunior. in. l. cum quid. ff. si cert. pet. nume. 23. Gratus confi. 12. nume. 30. & cōsi. 13. & 14. 1. volu. Alber. Brunus in tract. de augm. & dimi. conclusione vltim. ver. His sic præmissis. qui late hanc materiam examinat & Boeri. decisi. 327. eandem sententiam constat communem esse ex his quæ latissimè tradit Andræ. Tiraquel. libro. 10. de vtroque retract. §. 1. gloss. 18. numero. 26.

Cōtrariam in hoc opinionem tenet Ioan. Faber. in authen. Hoc nisi. C. de solutioni. Idem in principio. Quibus modis tolli. obligat. ad finem. eiusque sententiam pluribus rationibus conatur defendere ~~Carolus Molina~~. in tracta. de contractibus. quæst. 100. quem legito. Nam pulchrè expendit intellectū tex. in dict. cap. olim. & cap. cum canonicis. de censibus. & eleganter, atque erudite probat solutionem debitæ pecuniæ recte fieri, si fiat ex pecunia probatam in materia, quam in forma, quæ ex publico decreto valet summam, & quātitatem debitam etiam si certa species pecuniæ, aut monetæ debeat. Etenim si centum Castellani deberentur ex contractu, vel alias: & si forent publica autoritate diminuti in materia, vel in pondere, nouique percussif eiusdē valoris & pretij publica autoritate constituti: satis esset, centū numos aureos ex nouis soluere: nec teneretur debitor centum Castellanos veteris pōderis creditori dare. Sed & hanc sententiam aduersus communem latissimè ampliat, & limitat ipse Carol. sicuti & communem diffuse explicat Albert. Brunus in dict. conclusi. vlti.

Quòd si veteres numi essent non tantum  
De mone. I 4 tum



tum in pondere, & materia mutati, sed simul & in valore, ac pretio publico: tunc conueniunt omnes, esse omnino distinctos numos nouos à veteribus: & ideo soluendos esse veteres numos, aut eorum propriam, ac veterem æstimationem.

Quod est rationi adeò congruum ut temerè contrarium admittatur. Etenim hæc est propria species, & casus capitulum cum canonicis, de censibus. Vt ipse Carolus probat eleganter: cum inibi definitum sit, non teneri debitorem soluere creditori iuxta nouorum numismatum estimationem, sed iuxta veterum qualitatem, & valorem, quoties veteres extrinsecus & intrinsecus fuere mutati. Quod Ioan. Faber notat in princip. Insti. quibus modis tollit. obligat. ad finem.

Quarta conclusio ex Barto. hunc in modum colligitur. Quoties pecunia eodem pondere, & materia manentibus, vel augetur vel minuitur extrinsecus quo ad eius pretium, & estimationem, ea mutatio ante moram & nocet, & prodest creditori. Hæc conclusio communis est, & probatur ab his, qui proximam probare paucis exceptis, quorum statim mentionem agemus. Bart. etenim & omnes alij expressim eam veram esse censent in locis paulò antè citatis. Nam simul has duas conclusiones iuris vtriusque interpretes exponunt, & explicant. Igitur in hac specie satis erit creditori, quod debitor ei soluat centum Castellanos, quos in conuentionem deduxit, etiam si hi numeri modò publicè minoris æstimentur, quam tempore contractus. Eademque ratione debitor tenebitur centum Castellanos reddere creditori, etiam si hi modo pluris publico decreto æstimentur, quam tempore obligationis fuerint æstimati: atque ita omnium consensu receptum est, præsertim eorum, qui citantur ab Andræa Tiraquello in dict. glo. 8. numero. 27. & Alber. Bruno de Augmen-

to, & diminut. conclusione vltima, limitatione prima, & alijs.

Cæterum Caro. Molina. de contra. quæst. 92. doctissimè profectò hanc questionem examinat multis ad huius conclusionis probationem, ad eiusque impugnationem adductis, quæ subtilia sunt tantique viri iudicio, & ingenio digna. tandem propositis pluribus quæstionibus in specie: nempe in mutuo, in dote, testamento, & contractu emptionis, ac venditionis existimat, vbi nullum aderat tempore contractæ obligationis periculum crebræ mutationis monetæ, variationisque sordidæ, minimè admittendam esse communè sententiam: imò mutationem pecuniæ quo ad bonitatem extrinsecam nocere, & prodesse, etiam ante moram ipsi creditori. Sic sanè iuxta opinionem istam qui teneretur soluere creditori centum aureos Castellanos, & hi essent post contractam obligationem extrinsecus diminuti, tenetur omnino soluere creditori æstimationem illam, quam tempore contractus habebant centum Castellani, & sic numerum augere. Quod si Castellanos valor esset auctus, satis esset, & satisficit creditori, si debitor soluat pauciores Castellanos, qui iuxta nouum augmentum æquipollent centum illis in obligationem deductis. Quam sententiam veram esse opinantur, præter Carolum latissimè eam probantem, Anto. & Abb. in dict. cap. quanto. col. penult. Curti. Senior. col. 3. & Junior. nume. 23. in. l. cum quid. ff. si cert. petat. in eamque inclinatur Anto. Barginf. in cap. cum dilecti. de emptio. num. 39. quos omnino legito: siquidè hi latissimè rationes vtriusque partis expendunt longiori profectò examine, quam locus hic nostri tractatus exposculet. In pecunia tamè tradita ex mutuo, vel dote, similiue causa semper aduerte ad id, quod notat ipse Carolus in dict. quæst. 92. num. 701. & quæst. 97. nu.

737. Hac



737. Hac verò in re olim in his Castellæ regnis latae fuere leges quædam ab Henrico Secundo Tauri æra. M. ccccxj. & à Rege Ioanne Primo Biruiescæ anno domini. M. ccclxxxvij. quibus, vt opinor, legibus plurimum cõprobat̃ opinio ista posterior aduersus Bartol. & cõmunem.

4 Quinta conclusio, Mutatio pecuniæ promissæ, & in obligationem deductæ contingens post morã, ipsi omnino nocet, qui in moram incidit, probatur in l. 3. in fin. ff. de action. empt. quam conclusionem in hac specie Bart. & alij probant in dicta. l. Paulus. columna. 3. & in dicta. l. cum quid. Doctor. item in dicto capitul. quanto. imò licet Bartol. ipse, & plerique alij, hanc conclusionem veram esse censeant, vbi mutatur moneta maior, quæ per minorem æstimatur: contrarium probantes, vbi mutata fuerit moneta ita minuta, quod per aliam minuriore æstimari non possit. Etenim tunc minime nocet variatio ei, qui est in mora. Nam cum moneta hæc minuta per aliam æstimari non possit, licet mutetur eius valor non dicitur mutata respectu æstimationis suæ, quia non habet aliquid, quo æstimetur. Idcirco creditor lucrum amitteret, non autem pateretur damnum: quia ratione debitori moroso nõ imputatur amissio lucri creditoris. l. si sterilis. §. cū per venditorem. ff. de actio. empt. nec oberit. l. numis. ff. de in litem iuran. vbi constat in numis dari interesse extrinsecū. Quia id obtinet in damno, non in lucro. vnde qui esset debitor certæ quantitat̃ solueñtæ in pecunia minuta, & post moram contigerit mutatio huius monetæ minute, nihil obesset debitori: quia pecunia nõ censetur effecta deterior. Hæc sanè sunt Bartol. verba in dicta. l. Paulus. numero. 8. quem inibi, & in dict. l. Cum quid. sequuntur doctor. magis communiter: vt constat ex Alberto Bruno in dicto tracta. de augmento. Conclusi. vlti.

limitatione. 1. Qui tamen contrariã opinionem existimat veriore esse, sequitur Antoni. Abb. & Immolam in dicto capitu. Quanto. Curtium Seniore in dicta. l. cum quid. 2. quæst. & Marti. Laudensem in tracta. monetarum. quæst. 14 & profectò nulla congrua ratio constitui verè potest quæ Bartol. opinionem probet; si quidem pecunia minuta potest. vt planè constat, per monetam maiorem æstimari: cū etsi vnus numus minor non possit æstimari per plures numos maiores, nec per vnum equidem: plures tamen numi minores possunt per vnum maiorem æstimari. Quod satis est: vt cõstituamus interesse dani. Quin & vnus numus minor respectu maioris quo ad commutationem potest pluris, vel minoris æstimari. Et idèò damnum procul dubio cõtingit in mutatione pecuniæ minute. Quod palam Bartoli ratione euerit. Vnde non est prædicta quinta conclusio ex Bartoli distinctione restringenda: præsertim quia ratio lucris quo ad interesse obseruanda est: quoties id lucrum est certum: vt in hac specie: vel verisimili, secundum ea, quæ traduntur. in. l. 1. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest. per gloss. Bar. & docto. in. l. 3. §. vlt. ff. de eo, quod certo loco. Sed quod attinet ad intellectum. l. numis. ff. de in litem iurad. nõ vacat modo examinare, licet illic Iuriscõsultus censeat, in numis non esse locum iurijurando in litem ea quidem ratione, quòd dum in numis ex Aristotele, & eodem iuriscõsulto in. l. 1. ff. de cont. emp. vniformis & perpetua durat æstimatio, non potest affectio contingere, nec aliud interesse intrinsecum: quòd si numi mutantur, non potest controuerti, nec ambigi, contingere posse in numis interesse iuxta ipsi mutationis qualitatem non tamè affectio nis rationem habendam. ex dict. l. numis.

Sexta conclusio. Mutatio numismatum quæ modico, & breui tempore duravit



rauit, nullo pacto consideranda est, nec eius erit habenda ratio. Hanc tenet Bar. in dicta. l. Paulus. columna penult. quem communiter alij sequuntur, vt Panor. fa retur in dict. ca. quanto. columna penult. tex. optimus in. l. pretia rerum. ff. ad leg. Falcid.

Septima cōclu. Quoties ab initio in cōtractu, vel in alia quacūq; dispositione ob metū mutationis monetarū, sit cautū de pecunia sub certa æstimatione sol uēda: ea pactio planē seruāda erit; nec mutatio numismatū cōtrahētibus nocebit, nec proderit. tex. optimus in. l. penult. § si mancipia. ff. solu. matrimo. notāt Bar. in dicta. l. Paulus. in fine. ff. de solutioni. Imol. & Alexand. in dict. §. si mancipia. & plures alij, quos refert Albertus Brunus in tracta. de augment. & dimi. vlti. conclusi. vers. octauo fallit. Eandem opinionem scribit communem esse **Carolus Molinæ**. de contractibus. quæstio. 97 numero. 735. quidquid ipse Barto. scripserit in dict. §. si mancipia. Erit sanē huius conclusionis duplex exemplum constituedum. Primum quidem quoties ita concepta sunt verba. Promitto soluere centum numos aureos Castellanos ad æstimationem quadringentorum octuaginta quinq; Marauedidorum pro quolibet Castellano. Etenim etsi creuerit, vel diminutus fuerit valor Castellani publica authoritate, nihilominus solutio fieri debet secundum æstimationem taxatam ab initio contractus: atque ita exemplum hoc aptat **Carolus Molinæ**. in dict. numer. 735. Est & alterum exemplum, quod Barto. scilicet, depono apud te centum libras in Florenis hoc pacto, quod reddas in Florenis sub eadem æstimatione. tunc enim soluendæ sunt centum libræ in Florenis iuxta veterem æstimationem, quæ tempore depositi vigeat. Et nequis in exponendo hoc Barto. exemplo quandoque hæsitet, illud rursus ape-

riā ex ipsius authoris mente in hunc modum, vt tot Floreni sint soluendi omnino, quot iuxta veterem æstimationem efficiunt centum libras: licet modò tempore solutionis pauciores Floreni efficerent centum libras: vel qui olim tempore contractus efficiebant centum libras, tempore solutionis non efficiunt octuaginta. Hic sanē sensus ex Barto. deprehēditur per pensis his, quæ in quæstione præcedenti scripserat, quæ statim examinabimus. quo fit, vt in specie, huius conclusionis augmentum, & diminutio numismatum cedat damno, vel lucro ipsius creditoris. qua ratione hic idem sensus non obtinet in primo exēplo: vt patet ex traditis per ipsum **Carolus Molinæ**: quia in illo augmentum, & diminutio Castellanos cedit lucro, & damno debitoris. Sensus autem exempli traditi a Bartolo planē ita explicatur per Albertum Brunum in dicta conclusione vlti. limitatione. 8. col. 3.

Octava conclusio. Obligatio soluendi certam quantitatem in certa numerū specie nulla constituta illorum æstimatione, ita intelligenda est, vt illa quantitas soluatur in numis nominatim designatis sub incerto numero, iuxta eam æstimationem, quæ viget tempore solutionis. ita sanē visum est Barto. in dicta. l. Paulus. ad finem. Cuius opinio communi omnium sentētia probata videtur. notat Albert. Brunus in dicta. 8. limitat. 2. colum. Et in eadem conclusione vltima 5. ampliatione.

Nona conclusio. In contractibus, & alijs similibus actionibus hæc verba: centum libræ traduntur in Florenis: vel ista centum millia marauedidorū in Castellanis: eam significationem habent, quæ illi numi aurei Castellani, aut illi Floreni traditi, aut depositi, nec pluris, nec minoris æstimantur, nec vnquam æstimandi sunt, quam centum libris, vel centum milli-



millibus maruedinorum. Hæc est opinio Barto. in dict. l. Paulus. penul. quæst. cuius sententiã magis communem esse fatetur Albertus Brunus in dicta limi. 8. & probatur ex his, quæ notantur in l. Si stipulatus sim decem in melle. ff. de solutioni. Et ideò his conceptis verbis tot illi Floreni, vel Castellani, quot traditi fuere tempore contractus, & obligationis, pro illis centum libris, vel centum millibus maruedinorum, venditi videntur ad æstimationem tot librarum, vel maruedinorũ. Et ea ratione satis erit quocunque tempore reddi centum libras, vel centum mille maruedinos, etiam si Floreni, vel Castellani tempore solutionis pluris æstimetur, quam eo tempore, quo traditi sunt, fuerint æstimati contra hentium conventionem. Atque ita est accipienda hæc communis conclusio.

Decima cõclusio. Quoties certę speciei numismata non sunt in obligatione sed in facultate soluendi, & sic in solutione, debitor liberatur illa numismata reddens, etiam in pretio, & æstimatione diminuta. Hæc conclusio traditur per Curti. Iunior in consi. 24. nume. 6. & Soci. consi. 6. lib. 1. Angelum in l. Si stipulatus sim decem in melle. ff. de solut. Albert. Brunum in dicta limit. 8. vbi ipse. & Curti. Iunior hoc conantur deducere ex Barto. in dicta l. Paulus. quæst. penulti. quasi velint hi docto. quod in casu proximæ conclusionis sit in facultate debitoris solvere Florenos, vel Castellanos sibi traditos secundum eam æstimationem, quæ solutionis tempore vigeat, & viget, additque Brunus, hanc esse communem opinionem, quæ etiam obtineret, vbi numi certę speciei essent in obligatione iuxta conclusionem octauam paulò antè expositam, quæ tamen obtinet, vbi numismatum incertus numerus est promissus: quasi secus sit, quoties certus numerus numerus, & certę speciei est in obligatiõe.

Sed & his omnibus addere lector poterit Aretin. in consi. 111. & consilio. 111. Antoni. Rubeum in consi. 75. gloss. in regul. Cancel. 23.

## Ex capite sequenti.

- 1 Quæ dicatur falsa moneta?
- 2 Numi falsi Latine, & Græcè quibus dictionibus significentur?
- 3 Quæ sit huius Criminis pœna?
- 4 Pœna expendentis falsam monetam.
- 5 Fundens monetam, radens, aut tingens quæ liter puniatur.

## De falsa moneta, & eius authoribus puniendis. Cap. VIII.



**P**OSTREMUM de crimine falsæ monetæ paucis agam, veluti coronidẽ huic operi adijciens, vt & prauam, infamemq; numismatum mutationẽ itidem perstringam. Est enim falsa moneta illa, quæ cuditur ab eo, qui non habet publicam cudendi authoritatem: quod Bartol. notat in l. qui falsam. ff. de falsis. Nam authoritas reipublicæ, vel principis vires tribuit numis secundum Iuriscõsultũ in l. 1. ff. de contrahen. emp. in princip. Aristotelem libro. 5. Ethico. capitu. 5. & libro. 1. Polit. capitu. 6. qua ratione obtetum est, ad principem, & Rempublicam pertinere hoc ius cudendi monetam. capitul. 1. & ibi doctor. quæ sint regalia. l. 1. partit. 2. l. 1. titu. 5. libro. 4. ordinat. Quòd adeò iure receptum est, vt minimè sit ulterius necessariò probadum. Igitur nemo præter principem monetam cudere potest: & idcirco falsi cõsenti sunt numi, qui nõ fuerint



fuerint Regia autoritate percusi. text. 3  
 optimus in. l. penultima. titulo. 7. parti. 7.  
 dicuntur item numi falsi qui ex adulteri  
 na materia fiunt etiam si facti sint, & si  
 signati ab his, qui huic fabricæ, & mune-  
 ri sunt à Rege præpositi, & instituti. Sicu-  
 ti & hi, qui non habent formam à lege,  
 vel principe statutam: & hi, qui pondus  
 legitimum non appendunt, ex Baldo in  
 Margarita Innocentia. verbo. moneta.  
 Angel. in. l. 1. C. de falsa monet. Platea in  
 l. 1. C. de veteris numisma. post Mattheū  
 Afflict. in constitutioni. Neapolit. lib. 3.  
 titu. 40. col. 2.

Numismata verò falsa, Latine dicun-  
 tur adulterina: ita etenim ea appellat Cō-  
 stantinus imperator in. l. 1. C. de falsa mon-  
 et. l. 9. Codicis Theodosiani titu. 2. 1. &  
 in. l. 2. eod. titu. quæ est prima titu. de fal-  
 sa moneta in. C. Iustini. sic & huius  
 criminis author dicitur adulter solidor-  
 um, & numorum in. l. 2. C. de falsa mon-  
 eta, quæ deducitur à. l. 5. eodem titulo.  
 sub codice Theodosiano. Cicero libr. 3.  
 de officijs: si sapiens, inquit, adulterinos  
 numos acceperit imprudens pro bonis, est  
 & enim adulterare, arte aliqua quidpiã  
 pro verò assimulare, & rem sincerã cor-  
 rumpere. Græcè autè falsi numi, aut fal-  
 sa numismata dicuntur paratypa, & para-  
 charagmata: & ipsi qui cudunt falsos nu-  
 mos Paracharactæ vocantur. dicuntur  
 etiam hi numi parasemi: quod Ludoui-  
 cus Cælius adnotavit libro. 6. antiqui. le-  
 ctio cap. 2. sed & in Codice Theodosia-  
 no extrat titu. de falsa moneta Valenti-  
 niani lex octava in hunc equidem mo-  
 dum. Falsæ monetæ rei, quos vulgo Pa-  
 racharactas vocant, maiestatis crimine  
 tenentur obnoxij. Sed & Guilielmus Bu-  
 dæus in commentarijs ad linguam Græ-  
 cam; quæ Cælius eleganter explicat pa-  
 gina. 550.

Pœna autem huius criminis variè iu-  
 re veteri est statuta: etenim domus, in

qua falsa moneta cuditur, fisco addicitur  
 nisi dominus longè absens, & ignorans  
 excusetur ab huiusmodi damno. l. 1. C.  
 de falsa monet. quæ dominum, etiã igno-  
 rantem hac pœna afficit si in proximo  
 is constitutus sit, ob gravem eius negli-  
 gentiam, quod multo distinctius expli-  
 catur in. l. 2. & l. 4. titu. de falsa monet. li-  
 bro. 9. Codicis Theodosiani. idem pro-  
 bat Regia. l. ultim. titu. 6. partit. 7. qua de  
 re Divus Hieronymus in vita Antonij  
 eremitæ scribit, huius criminis authores  
 ne ipso strepitu deprehenderentur, ad  
 eum usum in eremis antra sibi parasse:  
 ut furtivæ, & falsæ monetæ essent of-  
 ficinæ.

Qui verò falsam monetam effecerit,  
 aut hoc crimen commiserit sub ima-  
 gine imperatoris, ipsiusve imperatoris  
 falsam monetam percuserit, igni combu-  
 rendus est. l. 2. C. de falsa monet. secundū  
 communem eius interpretationem, quã  
 ibi tradidere gloss. Cinus, & alij, omnia-  
 que eius bona publicantur: ut eadem le-  
 ge cōstitutum est. Idem erit in commit-  
 tente crimen istud circa Regiam mone-  
 tã. tex. elegans in. l. 9. tit. 7. par. 7. Imo. &  
 proditiōnis crimen committitur ac hu-  
 mana maiestas læditur hoc perpetrato  
 scelere: & ideo huius criminis reus itidē  
 est & læsæ maiestatis sceleri obnoxius:  
 quod probatur in dicta. l. 2. & in dicta le-  
 ge Valentiniani. atque in. l. 1. titu. 2. part.  
 7. dicitur enim vulgo aleuosus ac dimi-  
 diam ex ea causabonorum partem amit-  
 tit. l. 4. titu. 6. libro. 8. ordinat. quibus ad-  
 de. l. 7. titu. 12. lib. 4. fori.

Quòd si quis hoc crimē commiserit  
 circa numismata principis inferioris, quī  
 non sit imperator, puniendus erit pœna  
 capitali. text. in dicta. l. 1. C. de falsa mon-  
 et. notant omnes in dicta. l. 2. gloss. &  
 doctor. in dict. capitu. quanto de iure iu.  
 Nec in huius criminis punitione quò ad  
 prædicta quidquam refert, sit moneta au-  
 rea,



rea, aerea, vel argentea: sicuti visum est Saliceto in dicta. l. 2. Matthæ. Afflict. in dict. titulo. 4. col. 4. probat regia lex. 9. tit. 7. parti. 7. Hæc autem pœna capitalis, de qua in dict. l. 1. de portationis est. glo. in l. vlti. C. de veter. numismat. potest. libr. 1. 1. notat Salicet. in dict. l. 2. latè Alexan. in consi. 104. lib. 1. col. 2. post Bald. in eadem. l. 2. atque hæc dicta sint iuxta frequentissimam iuris vtriusque interpretationem.

Ego verò ex ipsis Cæsarum constitutionibus aliter rem istam opinor esse intelligendam. Nam pœna ignis in ea tantum specie constituta est, vbi quis solidos, numos inquam aureos, & Cæsareos adulterauerit. tex. insignis in l. 5. titu. de falsa moneta. lib. 9. codicis Theodosiani quæquidem constitutio data est à Constantio Augusto Antiochiæ: qua ratione non admodum absona, nec absurda, imò propria est interpretatio glo. in dicta. l. 2. C. de falsa monet. dum illius legis pœnam adulteranti aurea imperatorum numismata infligendam esse opinatur, tamen si cõmunis interpretatio hoc ipsum nõ admiserit sed si quis alia, etiam Cæsarum, & imperatorum numismata fecerit adulterina, pœna capitali puniendus erit. l. 1. C. de falsa monet. quæ deducta est à l. 2. eiusdem tituli lib. 9. Codicis Theodosiani. Nec vnquã mihi placuit, nec iure probari potest, eam constitutionem tractasse de his puniendis, qui crimen hoc in numismatis inferiorum perpetraverint: cum ius istud cudendi monetam solis competat summis principibus quemadmodum paulò ante probatum est, de quibus Cæsares ipsos intellexisse adeò est veritati consonum, vt planè censeam, nec vsquam aliud cogitasse.

Hæc sanè capitalis pœna, vt cesset omnium doctorum in hoc cõtrouersia, explicatur apertissimè in l. 1. C. de falsa monet. lib. 9. C. Theodosiani, qua quidè

constitutione Imperator Constantinus ad Verium Constantinopoli diffiniuit, decurionem, vel decurionis filium à patrio solo exilij perpetui cõditione ad ciuitatem in lōginquo positam mittendū: ac Cæsarem ipsum consulendum super facultatibus ipsius delinquentis: plebeiū rebus amissis perpetuè dari damnationi: seruum autem vltimo supplicio afficiendum esse. Hæc sanè dicta lex, ex qua maximè probatur Saliceti interpretatio in dict. l. 1. C. de falsa monet.

Hinc etiã apparet. l. 2. C. de falsa moneta. in princip. vsque ad versi. Cuius obnoxij, deductam fuisse à l. 3. quæ est Constantini ad Tertullum Præfectum Africa. vers. autem cuius obnoxij. ex. l. 8. quæ est Valentiniani, Theodosij, & Arcadij Imperatorum, & versic. Præmio accusatoribus proposito, deduci ex. l. 5. quæ est Imperatoris Constantij ad Leontium. titu. de falsa moneta. lib. 9. C. Theodosiani. tamen si in Codice Iustiniani tota ea constitutio tribuatur, & adscribatur Cõstantino ad Tertullū præfectū prætorio.

Is verò, qui monetam propria auctoritate, iusti tamen ponderis, & materiæ, ac formæ legitimæ percusserit. eadē pœna puniendus est, qua punitur adulterinā monetam fabricans. glo. in l. 2. C. de falsa mone. notat Alexā. in l. singularia. nu. 26. ff. si cert. pet. sensit Barto. in l. qui falsam. ff. de falsis. vbi Hippo. nu. 66. scribit hac in specie pœnam extra ordinariam fore infligendam. Quod mihi non placet: præsertim, quia Regia lex. 9. tit. 7. partit. 7. etiam hanc criminis speciem ignis pœna puniendam esse statuit.

Excusatur autem qui adulterina numismata fecerit ex eo, quòd scelus id cõmiserit in moneta, quæ in ea prouincia nec expenditur, nec in vsum cõmerciorum admittitur. notat Alexan. in consi. 104. lib. 1. Afflict. in dictis Constitutionibus Neapolitanis lib. 3. rubri. 40. tra-

De mone. K dit



dit Hippo. in. l. qui falsam. num. 73. paulò antè citata. Saltem excusabitur hic hac ex causa ab huius criminis pœna ordinaria, & extra ordinem punietur.

Sed & an in hoc crimine conatus ipse nondum perfecto, nec consummato delicto sit puniendus, traditur à Iuriscòsul- to, & eius interpretibus ibi in dict. l. qui falsam. Et à Thoma Grammatico deci- sione. 74. nos itidem aliquot de conatu adnotauimus in Clementina. si furiosus. de homici. 2. par. in princi. nu. 6.

Sed si quis falsam monetam sciens ex- penderit, si numi plùbei, vel stannei sint, punitur pœna ordinaria falsi, quæ tradi- tur. in. l. 1. §. vlt. ff. de falsis. Si numi alte- rius materiæ sint. pœna erit extraordina- ria. Sic sanè tradidere Bar. per tex. ibi in l. lege Cornelia. ff. de falsis. Et Abb. in ca. Quanto. 2. col. de iureiur. Sed Salice. in l. 2. C. de fal. mon. existimat, indistinctè ordinariam pœnam falsi esse hoc in ca- su infligendam: quem alijs ad id citatis se- quitur Hippo. in dict. l. qui falsam. nu. 71. dicens, hâc opinionem seruari in praxi. idem eam sequi videtur in consi. 47. nu. 11. Pragmatica tamè Regia, quæ de mo- netis est à Catholicis Regibus Fernãdo, & Elisabeth statuta. §. 62. hic punitur pœ- na exilij quatuor annorù, & publicatio- ne dimidiæ partis bonorum. quam con- stitutionem ipse intelligerem vbi qui ex- pendit indicat illum, à quo falsos numos habuerit: alioqui puniendus erit pœna ordinaria falsi. textus optimus in. l. 78. Stili, quæ vel ex eo procedit, quòd is præ-

sumatur falsæ monetæ reus, si non indi- cauerit illum, à quo ea numismata adul- terina habuerit: sicuti voluerunt Petrus, & Cin. in l. Maiorè. C. de fal. notat Areti. in. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pi- gnor. actio. vnde constat, etiam ignoran- tiam falsi præsumi eius, qui expenderit adulterinos numos, si eum indicauerit, à quo eos habuerit.

Tòdens autem monetam, eam radès, vel tingens, si liber est, bestijs subijcitur, si seruus, vltimo afficitur suplicio. l. qui- cunq;. ff. de fals. vbi est còmunis omniù adnotatio. Et item in. l. 2. C. de fals. mon. & in cap. quanto. de iureiu. quod procedit in tondente radenteue monetam au- ream, aut auro tingente numos alterius metalli, nò in alio, secundù Hippo. in cò- si. 71. Regia tamen. l. 9. tit. 7. parti. 7. probat, huius criminis reum arbitrio Regis puniendù fore. Sic & Constantinus Im- perator ad Leontium Præfectum Præ- torio scribit. eum, qui circuli mèsurã ex- terioris in solido aureo adroserit, puniendù esse capite, vel flàmis, vel alia pœna mortifera. vt expressim cautù est in. l. 1. tit. 22. lib. 9. C. Theodosi. pragmatica ve- rò regum Catholicorum, quæ de mone- tis constituta est. §. 67. in hac ipsa specie sanxit, tondentem monetam, aut numif- mata puniendum esse indistinctè pœna mortis, & amissionis omnium bonorù. Quod quantù attinet ad mortis pœnã deducitur à præcitata lege Constantini. Et ex. l. vltima. C. de veter. numi. pote- state. libro. 11.

F I N I S.

LIBROS DEL DR. L. MARCO



# LOCA QVAE IN EX IURE

## Regio, Ciuili & Canonico in hoc opere declarantur.

### Ex iure Regio.



- L**EX. 104. Caroli Quinti anno. M. D. XXXVII. Pincia. fol. 12. colum. 2.  
 L. 7. titu. 13. part. 6. fo. 41. colum. 2.  
 L. 14. tit. 13. part. 1. ibid. col. 3.  
 L. 9. titu. 18. part. 1. fol. 42. colum. 2.  
 L. 10. titu. 18. part. 1. fol. 42. colum. 4.  
 L. 18. titu. 4. part. 3. ibidem.  
 L. 8. titu. 7. part. 3. fol. 44. colum. 1.  
 L. 3. titu. 8. part. 3. ibid. colum. 2.  
 L. 41. titu. 2. part. 3. fol. 45. col. 2.  
 L. 20. titu. 23. part. 3. fol. ibidem. cc. 13.  
 L. 9. titu. 4. part. 5. ibid. col. 3.

### Ex iure Ciuili.

- L**EX. properandum. §. si autem vtraque. C. de iudi. fol. 19. col. 4. nu. 2.  
 L. vnica. C. de ratio. oper. publi. ibidem.  
 L. vnica. C. de collatio. aris. l. br. 10. fol. 16. col. 2. numero. 4.  
 L. vnica. C. de argenti pra. libr. 10. fol. 156. colum. 1. numero. 6.  
 L. 1. ff. de contra. empt. fol. 47. colum. 3.

### Ex iure Canonico.

- C**AP. qui subdiaconum. 17. q. 4. fol. 16. colum. 4.  
 Clem. 2. de magistris. fol. 17. colum. 3.  
 Cap. conquerente. de offic. ordi. ibidem. col. 4. numero. 9.

## INDEX SUMMARIVS EORVM

quæ in hoc opere de veterum Numismatum collatione, tractantur.



- A**ES cur miscetur auro vel argento. fol. 4. colum. 2.

- Aeris grauis poena vnde dicta fuerit. fol. 1. col. 4.  
 Aereus numus vide in dict. numus.  
 Analogia auri ad argentum. fol. 11. col. 1.  
 Annona & merces olim in Hispania quam vili pretio habebantur. fol. 36. col. 2.  
 Argentarij qui dicebantur. fol. 49. col. 1.  
 Argentei Turonenses qui fuerint. fol. 17. col. 2.  
 Argentei quibus diuenditus fuit Iesus Christus cuius ponderis fuerint. fol. 8. col. 2.  
 Argenti bonitas qualiter deprehenditur. folio. 13. colum. 1.  
 Argentum de ley de onze dineros y quatro granos quid sit. ibid. col. 2.  
 Argentum ariandicum. fo. ibidem.  
 Armilla quas seruus Isaac donauit Rebecæ quæ ti ponderis ac valoris fuerint. fo. 6. col. 3.  
 Argentum vulgo acendrado. fo. 13. col. 3.  
 Argentum pululatum. fol. ibidem.  
 Argentum an possit ita excoqui vt non habeat alterius metalli admixtam partem. ibidem.  
 Aristotelis locus expenditur ad intellectum iurif. consulti in l. 1. ff. de contra. emp. fo. 47. col. 2.  
 Aurius aureus numus fuit, quorum duo efficiebant assem semuncialem. fol. 2. col. 1.  
 Asles quod pondus habuerint apud Romanos & quomodo ad nostros marauedinos reducatur. fol. 1. col. 3. cum seq.  
 Aurea diuersa numismata expenduntur toto capitul. 3.  
 Aureus dictus est solidus etiam eo tempore quo erat quarta vncie pars. fo. 14. col. 3.  
 Aureus semisis & tremisis. ibid. col. 4.  
 Aureus Romanus apud Iurifconsultos quanti fuerit valoris. fo. 9. col. 1.  
 Aureus quod fuerit sexta vncia multis rationibus probatur. fo. 9. col. 4.  
 Aureus Castellanus quantum appendebat. fol. 8. colum. 4.  
 Aurum de xxij. xxij. & xxiiij. quilates quid. folio. 12. colum. 1.  
 Aureus quo tempore fuerit diminutus ad sextam vncie partem. fo. 14. col. 2.  
 Auri vetus proportio ad argentum. fol. 11. col. 1.  
 Auri bonitas traditur & qua ratione cognosci possit. ibidem. col. 3.  
 Aurum obrizum. fol. 12. col. 3.  
 Aurum varijs nominibus appellatur ab hebraeis ibidem. col. 4.  
 Aurum Albicratense Gallicum excellentissimum. fol. 13. col. 4.  
 De mone. K 2 Barto-



## B

**B** Artolus falso dena viginti esse censet. fol. 18. colum. 3.

Blancæ vulgo dictæ ex marchio signantur cxcij. duæ autem efficiunt vnum marauedinum. fol. 1. col. 2.

Ex libra autem Romana cuduntur. 288. ibid.

Blanco quis numus fuerit. fol. 35. col. 3.

Medias blancas olim in Hispania. ibi. col. 4.

Bonitas pecuniæ intrinseca an sit consideranda iuxta tempus contractus vel solutionis. folio 50. colum. 1.

Bracharensis concilij constitutio examinatur. fol. 17. col. 4.

## C

**C** Ambire licet numismata aliquo ab altera parte concessio pretio. fol. 47. colum. 4.

Hoc tamen Cambium secundum Caietanum tantum licitum est publicis capforibus. fol. 48. col. 1.

Campsores vnde dicti. ibidem. col. 2.

Caracta quæ dicantur apud aurifices. fol. 11. col. 4.

Cælius secundus deceptus in scholijs ad Iuvenalem dum trientem sensit omnium minimam monetam. fol. 2. col. 3.

Computum apud Hispanos idem quod apud Italos & Gallos millio. fol. 21. col. 4.

Coronati ceu coronæ quibus modo utimur expendantur. fol. 8. col. 4.

Coronati aurum est. xxij. caracterum. n. col. 1.

Cruzado quis numus fuerit. 35. colum. 3.

## D

**D** Enarius quid & eius pondus. fol. 4. col. 2.

Denarius & drachma attica eiusdem sunt ponderis. ibid. col. 3.

Denarius Hispano Regali quo aurifices utuntur respondet. fol. 5. col. 3.

Denarius Romanus non semper eiusdem ponderis fuit. fol. 5. col. 1.

Denarius Romanus decem asibus fuit æstimatus. fol. 5. col. 3.

Dobla Castellana & morisca cuius valoris fuerit. fol. 37. col. 2.

Drachma differt à Romano denario contra Budæum. fol. 5. col. 1.

Duella constat ex duabus sextulis, estque tertia pars vnciæ. fol. 3. col. 3.

Dupondius æreus numus fuit duarum librarum. fol. 1. colum. 4.

## E

**E** Vgubinus deceptus Genes. cap. 24. & Leviti. 27. fol. 6. col. 4.

## F

**F** Alsa moneta vide in dictione moneta.

Francus qui numus fuerit apud Historio-

graphos Hispanos. fo. 46. col. 1.

## G

**G** Lossa emendatur in ca. si quis aliquando. §. in Leuitico. de poeni. dist. 1. folio. 7. colum. 2.

Gothi utebantur proprijs in legibus folido aureo Romanorum. fo. 18. col. 1.

## L

**L** Eges variæ iuris Regalis super valore monetæ concordantur. fo. 26. col. 3. & 4. & 41. col. 2. & sequentibus.

L. cum hæres. §. 1. ff. de statu lib. interpretatio adducitur. fol. 27. col. 3.

L. lecta. ff. si certum petatur. intellectus. ibidem.

L. si quis stipulatus. ff. de solutio. vera interpretatio. ibidem. col. 4.

Lex vltim. C. de donat. expenditur. fo. 7. col. 4.

L. vnica. C. de collat. æris lib. 10. explicatur. fol. 15. colum. 2.

Libella argenteum numisma quartam partem denarij habuit. fo. 4. col. 4. & fol. 5. col. 3.

Libra Romana quomodo diuidatur. fo. 3. col. 4.

Libra argenti vel auri nomine poenæ indict. qualiter intelligatur. fol. 19. col. 4.

Libra quando non pondus sed numus est. fo. 20. colum. 1.

Libra numaria apud Gallos valet viginti solidos Turonenses. ibid. col. 2.

Libra numeralis Italica. ibid. col. 2. & 3.

Libra numeralis Valentina. ibid. col. 3.

## M

**M** Arauedinus, non tam est numus, quam numerorum numerus. fol. 1. col. 3.

Marauedinus passim ab auctore quadrans appellatur. ibid.

Marauedinus vetus & nouus. fol. 25. col. 2.

Marauedinus vetus respondet vni ex nostris cum dimidio. fol. 26. col. 2.

Marauedinus aureus. fol. 28. col. 4. & 38. col. 4.

Marauedinus bonus appellatus. fo. 32. col. 3.

Marauedinus prieto dictus item & blanco appellatus. fo. 28. col. 1.

Moneta vetus qualiter intelligatur in ordinarum regali. fo. 25. col. 3.

Moneta de vellon quæ dicatur. fol. 1. col. 3.

Morues Alphosies moneta antiqua Hispaniæ. fol. 40. col. 4. & seq.

Myrias à græcis decem millia dicuntur. fol. 21. colum. 3.

Mutatio pecuniæ quoad æstimationem manentibus eodem pondere & materia, & nocet & prodest creditori ante moram. folio. 50. col. 3. & sequen.

Mutatio pecuniæ quæ modico tempore durauit non est consideranda. fo. 54. col. 1.

Monetæ



# INDEX.

Monetæ mutatio quando licita. fol. 49. col. 2.  
 Monetæ falsæ quæ dicatur. fol. 52. col. 3.  
 Monetæ falsæ fabricatores qualiter puniantur.  
 ibidem. col. 4.  
 Monetam falsam qui expenderit, quibus pœ-  
 nis subijciatur. fol. 53. col. 3.  
 Monetam qui radit, fundit, aut tingit qua pœ-  
 na afficiatur. fol. ibid. col. 4.  
 Monetam cudere an ad solum principem perti-  
 neat. fol. 47. col. 1.

## N

**N**ouenes qui numi fuerint. fol. 35. col. 2.  
 Numus aureus quo tempore primum  
 Romæ percussus fuit. fol. 10. col. 1.  
 Numus qui vulgo ducatus dicitur quando pri-  
 mû percussus in Hispania. fol. 8. col. 3.  
 Numus qui Doblón dicitur quanti sit valoris.  
 ibidem.  
 Numus argenteus quo tempore primum Romæ  
 percussus. fol. 2. col. 4.  
 Numus argentus dictus vulgo real quo tempo-  
 re percussus & eius valor. fol. 3. col. 1. vi. in par-  
 te regalis.  
 Numos æreos quo tempore cudi iusserunt ca-  
 tholici Reges Fernandus & Elyfabeth. folio.  
 1. columna. 2.  
 Numifalsi græcè & latinè quibus dictionibus  
 significantur. fol. 52. col. 3.  
 Numorum loco ferreis apud prius seculum ute-  
 bantur virgulis idest obeliscis. fo. 5. col. 3.  
 Numisma an possit pluris æstimari, quàm mate-  
 ria ex qua fuerit signatum. fo. 46. colum. 3. &  
 4. cum seq.  
 Numisma aureum an possit pl uribus numis ar-  
 gèteis vendi aut permutari, quàm à lege fue-  
 rat definitum. fol. 47. col. 3.  
 Numismata cudenda sunt expensis publicij. fo.  
 48. colum. 4.  
 Numismata certæ speciei quoties non sunt in o-  
 bligatione sed in facultate soluendi debitor  
 liberatur illa reddens etiam pretio & estima-  
 tione diminuta. fol. 52. col. 1.

## O

**O**bligatus soluere in certa numerorum spe-  
 cie an possit in alia soluere. fol. 49.  
 colum. 4.  
 Obulus græcus quid & eius pondus. fol. 5. col. 3.  
 Obulus Hebræus maior erat quinta parte Græ-  
 co. ibidem col. 4.

## P

**P**ecunia duplici ratione in pretio habetur.  
 fol. 47. col. 3.  
 Pepion quis numus fuerit. fol. 29. col. 3.  
 Plinij locus castigatur lib. 33. ca. 3. fo. 2. col. 1. & 2.

Podus vnciæ, drachmæ, scrupuli, oboli silliquæ  
 fol. 3. col. 2.  
 Princeps an possit mutare pecuniæ valorē. fol.  
 49. colum. 2.  
 Promissio solutionis in nota pecunia & æstima-  
 tione quando sit seruanda. fo. 51. col. 3.

## Q

**Q**vadrans dictus est triuncis à tribus vn-  
 cijs. fol. 2. col. 2.  
 Quadrans quarta erat pars assis & i-  
 deo nostro marauedino æqualis. fo. 2. col. 2.  
 Quatrinus Italicus quadrans est, vnde fere no-  
 stro marauedino similis. ibidem.  
 Quinarius & victoriatius quid & eius pondus  
 fol. 4. col. 4. & fol. 5. col. 3.

## R

**R**egalis argenteus quo vtuntur aurifices dif-  
 fert ab eo qui percutitur. fo. 4. col. 2.  
 Regales argentei quot ex marchò percu-  
 tiantur. ibidem.  
 Regalis Castellanus. fol. 36. co. 4.  
 Romani primum area pecunia, deinde multò  
 post argentea, ac demum aurea vsi sunt. fol.  
 1. col. 1.

## S

**S**almanticensis academiæ constitutio decla-  
 ratur. fol. 38. col. 2.  
 Scrupulus auri vicienos sestertios valuit ex  
 Plinio. fo. 10. col. 4.  
 Sembella quid & eius valor. fol. 4. co. 4.  
 Semis numus æreus fuit qui valebat duos qua-  
 drantes. fol. 2. col. 2.  
 Semuncia vicefima quarta assis pars similis Hi-  
 spano coronato. fol. 2. col. 3.  
 Seruius Tullus Romanorum Rex æreos numos  
 primus Romæ percussit. fol. 1. col. 1.  
 Sestertius quid & eius valor. folio. 4. col. 4. &  
 fol. 5. col. 3.  
 Sestertiû in neutro genere & sestertius in maf-  
 culino an differant. fo. 21. col. 4. cum sequen.  
 Sestertium vel numum decem millia qualiter  
 differant. fol. 21. col. 2.  
 Sestertium centies quid. ibidem. col. 3.  
 Silicus constat ex duabus drachmis. fol. 3. col. 3.  
 & fol. 7. col. 3.  
 Siclus Hebræus quanti valoris fuerit. fol. 5. col.  
 4. & fol. 19. col. 2.  
 Siclus quare à 70. interpretibus appelletur di-  
 drachus. fol. 6. col. 2.

K 3    Siglus



# INDEX.

Siglus apud Xenophontem quis numus fuerit. fol. 7. col. 2.  
 Solidus aureus apud Iustinianum quid. fol. 9. col. 1.  
 Solidus au differat ab aureo. fo. 10. col. 2.  
 Solidi aurei aestimatio & valor. fol. 15. col. 3.  
 Solidi Turonenses gallici. fol. 17. col. 2.  
 Solidi aurei in sacris biblijs. fol. 19. col. 1.  
 Solidus vnde dictus. fol. 9. col. 3.  
 Solidus Turonensis. fol. 20. col. 2.  
 Solidus in legibus regalibus Hispaniae qualiter sit accipiendus. fo. 31. col. 3. & fol. 32. col. 2. & 3. cum sequenti.  
 Sextula numus aereus minimus sextam habens vnciae partem valet autem tres meajas aut paulo plus. fol. 2. col. 3.  
 Stateris numi valor & pondus. fol. 6. col. 2.  
 Statera aureus varius ubique. fol. 19. col. 2.  
 Sterlingus Anglorum numus quantum valet. fol. 8. col. 2.  
 Suetonij Tranquilli locus aperitur. folio. 12. columna. 2.

## T

Talentum Atticum maius & minus quot drachmarum millia appendebat. fo. 23. col. 1.  
 Talentum Euboicum. fol. ibid. col. 2.  
 Talentum Aeginaeum. fo. 23. col. 3.  
 Talentum Babylonium. ibid.  
 Talentum Syrium ibid.  
 Talentum Aegyptium ibid.  
 Talentum Rhodium ibid.  
 Talentum Siculum ibid. col. 4.  
 Talentum Byzantium, & Talentum Hebraicum ibidem.  
 Terentius a tribus vncijs dictus vt inquit Mar. Varro. fol. 2. col. 2. & fol. 4. col. 4.  
 Triens numus aereus tertiam habens assis partem & valet quatuor coronatos vulgo cornados. fol. 2. col. 2.  
 Tremissis aureus quid. fol. 37. col. 4.

## V

Victoriatum quid & eius valor fol. 4. column. 4. c.  
 Vfus fructus potest constitui in numis & gemmis. fol. 45. col. 4.

# FINIS.

Almanicus...  
 An...  
 B...  
 C...  
 D...  
 E...  
 F...  
 G...  
 H...  
 I...  
 K...  
 L...  
 M...  
 N...  
 O...  
 P...  
 Q...  
 R...  
 S...  
 T...  
 V...  
 X...  
 Y...  
 Z...

O...  
 P...  
 Q...  
 R...  
 S...  
 T...  
 V...  
 X...  
 Y...  
 Z...




IN BONIFACII  
OCTAVI CONSTITUTIONE

SALMANTICAE,  
In ædibus Dominici aPortonarijs Sacræ  
Catholicæ Maieftatis Typographi.

I 5 7 3

BIBLIOTECA  
DEL DR.  
L. MARCO



In ædibus Dominici aPortonarijs S. C.



SALMANTICAE

In aedibus Dominici a Portonarijs sacris  
Carolus Meissner Typographus

1773

